266

Posserita

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V.E. II
ROMA
8
M
44 B
17

8.44.B.17
~~VI f. 108 b 3a~~

8.44.B.17

RELECTIO,
F. DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS

Theologi profundiſsimi, ordinis Prædicatorum,

DE RATIONE TEGENDI, ET DETEGENDI SECRETVM.

In qua etiam multa luculentiſſime explicantur, quæ pertinent ad Euangelicam, ſeu fraternam correctionem.

His qui foro tam interiori, quàm exteriori prę-ſident, perneceſsaria:

Nunc poſtremò diligentiſſime excuſa.

IVSTI INTRABVNT PER EAM.

VENETIIS, Apud Io. Baptiſtam à Porta. 1590.

D. Gregorius Strada

TYPOGRAPHVS Lectori ſtudioſo.

CVM ſæpius apud me nonnulli etiam primarij viri atque doctiſſimi egiſſent (Lector candide) vt hoc opuſculũ F. Dominici Soto theologi clariſſimi & celeberrimi, ad prẹlum reuocarem, ſuaſi hac in re grauiſſimum officiũ me facturum ſtudioſis, ac etiam primarię claſſis eruditis, diutius me temperare non potui, quominus eorum honeſtiſſimis deſiderijs morem gererem: tum quòd hoc mihi innatum eſt, & quaſi naturale, optimis ſtudijs, quantum in nobis eſt, omnibus modis promouere. Inuitabat pręterea ad id tentandum, operis non magni, vtilitas penè infinita; nam quòd de ratione tegendi & detegendi ſecreti argumentũ continet, quid quæſo, ętati noſtræ aptius, quid ſapientius, ac deniq; ſanctius & religioſius. Nam ſiue priuata officia ſpectes hominis erga hominem, ſiue publica, ſiue etiam religioſa, nihil præſtantius, nihil mehercle in actibus hominum frequentius, quàm cum id agitur, vel vt amicum conſulas, vel conſultus in pectoris ſcrinia fideliter reponas: quod quoque his qui religionis voto obligantur, quibus pectora fidelium commendantur, veluti ſub ſigillo confeſſionis, etiam ſub interminatione, in ſacris

conſtitutionibus pręcipitur. c. ſacerdos. de pęnit. diſt. 6. c. omnis ſexus. de pęnit. & remiſ. Quamquam ad nos nil pertinet; illius memoriam refricare, quod intus veluti per membra corporis ſingulis partibus diffunditur, quæſtionibus ad eam rem oportunis, in medium allatis. Cum abunde muneri noſtro ſatisfeciſſe videor, quòd pro dignitate rei opuſculum integrum tibi (Lector optimè) exhibeo, atque (ni fallor, pro inſtituto noſtro) correctum & emendatum, vnde pro libito voluntatis de pleno exhaurire licèt: ita vt nè quicquam prætermiſſum ſit, quod vel in minimo lectioni moram vel impedimentum afferat. Vale, & optimis votis faueto.

Venetijs 5. Nonas Aprilis. 1590.

Abſoluere abſentem nullo modo licet, ſaltem ignorantem an abſoluatur. fol. 365
Accuſationis, & inquiſitionis finis 63
Accuſare tenetur quilibet eum cuius crimen eſt in perniciē publicam, & poteſt teſtibus probari. 169
Accuſare tenetur nemo de iniuria ſibi proprie illata. 171
Accuſatio debet fieri in ſcriptis. 178
Accuſationis vitia tria, calumnia, præuaricatio, & tergiuerſatio. 182
Accuſatorem ceſſare ab accuſatione in criminib. priuatis, nullum eſt peccatum. 171
Affirmatio & negatio in nominibus proprijs, ſecundum communem vſum, pro eodem accipiũtur, ac ſi non eſſet niſi vnus qui nuncuparetur illo nomine. 321
Amicitia inter homines eſſe non poſſet, niſi peccata, & praua hominum corda occulta eſſent. 22
Arcanum amici temere effutire, non modo vanitas, ſed iniquitas, & infidelitas eſt 2
Argumentum totius operis. 2

BAptiſmus fictus eſt nihilominus baptiſmus. 336.
Bonorum genera duo. 40
Bonum conſurgit ex integra cauſa; malum vero

ex quocunque defectu. 81
Bona ſpiritualia præferenda temporalibus. 91
Bonum publicum pacifice conſeruari non poſſet, niſi crimina punirentur. 130
Bonus præſumitur vnuſquiſque quoaduſque probetur malus. 280
Bonum nulla de cauſa poteſt fieri, vt id, quod eſt intrinſece, & de genere ſuo malum. 294
Bonarum mentium eſt culpam agnoſcere vbi culpa non eſt. 317

Calumniator, qui in probatione defecerit, reus eſt pœnæ talionis. 183
Caſus qui excipiuntur in inquiſitione ſpeciali. 190
Caſus, qui excipiuntur, vt nullus conuictus interrogetur de ſocijs, quorum nulla eſt infamia. 214.
Caſus, quibus tenentur quicunque accuſare reum, & declaratur dictum S. Thomæ. 250
Caſus plures, quibus obligamur prius mori quàm crimen reuelare. 375
Charitas habet imperium ſuper omnes alias virtutes. 15
Chriſtus, quomodo reuelauit perſonam Iudæ Mat. 26. quando dsxit: Vnus veſtrum me traditurus eſt. 32
Chriſtus, quare nihil reſpondit, cum multa falſa teſtimonia ei obijcerentur. 44
Chriſtiani tenentur pro fide, pro religione, & pro bono publico mortem oppetere. 327

Clerici

Clerici ſolo iure humano prohibentur iudicare, aut quomodocunque cauſam ſanguinis agere. 173.
Confeſſio ingenua, & verecunda eſt, quo ipſe ea-reas, id in alijs prædicare. 49
Confeſſio criminis in iudicio ſæpiſſime eſt neceſſaria ad bonum publicum. 227
Confeſſionis ſigillum adeo ſanctum eſt, vt mors ſit prius obeunda, quàm mō aliquo reueletur. 329
Confeſſio ficta eſt quidem confeſſio, quamuis non ſit perfecta. 337
Confeſſionem fieri laico, vbi non eſt copia ſacerdotis, non eſt neceſſarium. 348
Confeſſionis ſigillum aperire nulla prorſus de cauſa fas eſt. 350
Coniux, quando incipit dubitare, an vir ſit vere maritus, cui tamen bona fide nupſit, tenetur reddere debitum petenti. 287
Conſiliarij tenētur ex genere rei fidem ſecreti ſeruare. 368
Conuerti nullus poteſt, niſi miſericordia Dei præueniente. 74.76
Correctionis, & correptionis differentia. 62
Correptionis fraternæ finis. 63
Correptio actus eſt charitatis. 64
Correptio fraterna eſt ſub præcepto diuino, naturali, & humano. 66
Correptionis præceptum obligat ex genere ſuo ſub reatu mortali. 71
Correptionis obligatio maior eſt, quàm eleemoſy-

nę corporalis ex genere obiecti. 73
Correptionis ſępe eſt tanta neceſſitas, quanta eleemoſynę. 74
Correptionis præceptum non obligat pro quocunque tempore. 81
Correptionis materia neceßaria eſt omne peccatum mortale. 82
Correptionis finis eſt lucrari fratrem. ibi.
Correptio vana non eſt meritoria. 89
Correptio duplex, iudicialis, & fraterna. 91
Correptionis omißio trifariam contingit. 95
Correptio, vbi non eſt ſimpliciter neceſſaria, nullum eſt peccatum perſonę priuatæ ab ea ceſſare. 96
Correptionis omiſſionem multis modis contingit eßepeccatum veniale. 103
Correptionis præcepto tenentur omnes homines, modo ſint rationis compotes. 109
Correptionis pręcepto arctius tenentur Prælati, quàm priuati homines. 111
Correptionis pręcepto tenentur peccatores cuiuſcunque generis ſint. 122
Correptio, ſi coram teſtibus facta, corrigere non ſufficit, denunciandus eſt frater prẹlato. 153
Corripere non tenemur ſub reatu mortali peccata venialia ſingularis perſonę, niſi ſint per ſe ordinata ad mortalia. 86
Corripiēdi obligationis tres ſunt circunſtantię. 87
Cooripere fratres ſub reatu mortali tenetur priuatus homo. 103

Peccatum omne detectum in confeſſione,dummodo ſit confeſſio,clauditur ſub ſigillo. 335
Peccatum,quod quis confitetur vt perpetrandũ, an cadat ſub ſigillo. 338
Peccata omnia tam venialia,quàm mortalia,tum etiam qualitates vniuerſæ circunſtantes, quæ notitiã pęnitentis quoquomodo ſuggerere poſſunt,directe concluditur ſigillo. 340
Peccati reuelatio in genere, quando nec minimũ timetur periculum reuelationis perſonę,non eſt fractio ſigilli. 344
Pœna huius vitę, & pœna inferni quomodo differant. 64
Pœnitens,dum facit facultatem reuelandi, facit ſubinde,vt ſacerdos non ſolum ſciat vt Deus, ſed vt homo. 363
Pręceptum naturale eſt,vt homines hominum viciſſim ſecreta cuſtodiant. 21
Pręceptum ſeruandi ſecretum eſt negatiuum. 25
Præceptum fidelitatis ſecreti ſeruandi reducitur ad octauum pręceptum,Nõ falſum teſtimoniũ dices. 34
Præceptum illud Sapientis, curam habe de bono nomine,declaratur. 53
Præceptum & conſilium cuſtodiendi famam quomodo intelligatur. 51
Præceptũ correptionis fraternę reducitur ad quartum pręceptum de honoratione parentum. 78
Præceptum,quando eſt de re tuta,in re dubia, vt plurimum obediendum eſt. 275

Pręcepta Decalogi:an ſint diſpenſabilia. 294
Prælatis ex officio incumbit cura boni publici. 86
Prælati arctius tenentur præcepto correptionis, quàm priuati homines. 111
Prælati præcepto correptionis fraternæ tenentur quandoque exponere vitam vt corripiant ſubditos. 114
Pręlati plus indigent correptione, quàm cæteri homines. 120
Prælatum corripere non præſumat quicunque de plebe. 121
Prælato demũ denũciandus eſt frater, ſi correptio coram teſtib. facta non ſufficit. 153
Prælatus, quando ſubditus fraternè denũciatur, non habet ius plectendi ſtatim ſubditum pęna iuris. 154
Prælatus, ſi crimen idoneis teſtibus probari nõ poteſt, nihil aliud facere poteſt, quàm orare pro ſubdito. 156
Prælatus quid agere debeat in inquiſitione generali. 209
Prælatus, quando quid contra ius præcipiat, non eſt obediendum. 256
Prælatus eſt cuſtos iuſtitiæ. 258
Prælatus, quia eſt virtutum exemplar, arctius obligatur ad omne officium virtutis, quàm priuata perſona. 158
Prælati omnes, quamuis ſint Dei miniſtri, non tamen habent abſolutam, & infinitam poteſtatẽ, vt Deus. 287

Prælatus eſt ſicut interpres Dei. 277
Prælatus, quando inquirit, & interrogat ſub præcepto de quo dubitatur, an ſit iuſtum. 278
Prælati & iudices non ſunt in poßeſſione reſpectu ſubditorum, niſi quatenus iuſta præcipiũt. 286
Prælatus habet auctoritatem interpretandi ius, et factum in dubio. 288
Principia rerum qualia ſunt, talem ſortiuntur, & naturam. 19
Principi imperanti arma ſumere, re dubia an bellum ſit iuſtum, parendum eſt. 287
Prudentia diſponit, & inuenit media, quibus finẽ conſequimur. 15

Qvando quis per manifeſtam iniuriam interrogatur, vtrum teneatur reſpondere. 257
Quæ peccata dicantur in perniciem publicã. 140
Qui timeret honori, aut vitæ ſuæ, ſi corriperet quẽpiam publice, tunc non aſtringitur. 133
Qui iubetur, aut interrogatur a non ſuo iudice, nõ tenetur parere. 260
Qui tacet, quamuis nec ait nec negat: tamen in cõmuni vſu hominum, cum quis non negat, crimẽ cuius negatio in laudem cederet, confiteri videtur. 302
Quomodo reſpondendum ſit tyranno ſacerdotem interroganti, an hoc audiſti in confeſſione tanquam Deus. 113

Reo

R EO ſicut poſſeſſori iura fauent. 280
Reus interrogari non poteſt ſine aliquib. indicijs. 242
Reo interrogato iniuſte de proprio, ſed ſecreto crimine, non prodeſt reſpondere ſe neſcire, nec licet negare verũ crimen, dicendo, non feci. 315
Reuelare ſecretum an ſit peccatum, quando quis non poteſt id contegere, niſi cum dispendio vitæ. 328
Reuelatio peccati in genere non eſt fractio ſigilli. 344
S Acerdos tenetur vinculo iuſtitiæ ſeruare ſecretum confeſſionis. 12
Sacerdotem ſeruare ſecretum non ſolum eſt iuſtitia, ſed religio: atque adeo reuelare, non ſolum eſt iniuſtitia, ſed ſacrilegium. ibid.
Sacerdos Euchariſtiæ Sacramentum occulto peccatori potius miniſtrare debet, quàm eius crimen prodere. 19
Sacerdoti reuelanti ſigillum confeſſionis, quæ pœna deſtinata eſt. 30
Sacerdos, dum de ijs interrogatur, quæ in confeſſione nouit, poteſt reſpondere ſe neſcire 295
Sacerdotes noſtri in hoc præſtant ſacerdotib. veteris legis, quia ij vim non habebant animarũ purgatoriam. 297
Sacerdos, quæ audiuit in confeſſione ſcit, vt Deus, & non vt homo. 298
Sacerdos interrogatus, ſi modo nihil nouit niſi in confeſſione, poteſt reſpondere ſe neſcire. 299

Sacerdos,quemadmodum Deus,dicens; Ego te abſoluo,promittit habere peccata,ac ſi nunquam audiuiſſet. 300
Sacerdos non ſolum peccata tenetur celare, ſed alia detecta in confeſſione. 334
Sacerdos,ſi detegeret minimum veniale,vt conſtaret illud audiuiſſe in confeſſione, peccatum eſt mortale grauiſſimum. 341
Sacerdos,quamuis proprie ſolus teneatur cuſtodire ſigillum: tamen multi alij tenentur ſeruare ſecretum confeſſionis. 346
Sacerdos ſolut habet claues cognoſcendi, & remittendi peccata. 347
Sacerdotum regulæ in pluribus caſibus confeſſionum obſeruandę. 352
Sacerdoti an liceat reuelare peccatum pęnitentis, quod ei notum eſt, alia via quàm per confeſſionem. 366
Sacilegium eſt abſoluere eum qui non pręſumitur eſſe in gratia. 365
Scandalum vtilius naſci permittitur, quàm veritas relinquatur, quomodo intelligitur hoc dictum. 104
Scrupulus eſt non omnis formido, ſed illa quę adeo tenuis eſt,vt ſit contra illam agendum. 282
Scrupulus breuiſſimum lapillum ſignificat, qui in calceo latet. ibi.
Secretum velare,aut pro ratione reuelare pertinet ad prudentiam. 6
Secretorum ſecreta eſt ratio. 7

Secretũ vocamus in hac quæſtione quidquid nec eſt notorium, nec infamia proclamatum. 9
Secretum multiplex. ibi.
Seeretum alienum ſeruare eſt officium fidei. 13
Secretum ſeruare de re propria, non eſt proprie officium fidei, ſed continentiæ, & charitatis. 14
Secretorum fides eſt ſub præcepto naturali. 19
Secretorum fides eſt ſub præcepto diuino poſitiuo. 22. 22
Secretorum ſolus Deus cognitor, & iudex. 25
Secretum alienum temere, & ſine cauſa reuelare, peccatum eſt ex genere ſuo mortale. 26
Secretum reuelare, quod quis ex debito iuſtitiæ tenetur tacere, grauius peccatum eſt, quàm illud ad quod ſolũ tenetur de honeſtate naturali. 29
Secretorum gradus. 30
Secretum alienum qui temere, & ſine cauſa reuelat, tenetur ad reſtitutionem famę. 32
Secretum crimen, quod non eſt pernicioſum, niſi peccãti, ſecreta admonitiõe corripiẽdũ eſt. 127
Secreta admonitione corrigitur frater, & vbi nullum ſit reliquum recidendi periculum, illic ſiſtendum. 143
Secretum, quod quis fide recepit, nemo tenetur ſeruare cum diſpendio vitæ. 371
Secretum alienum, quãdo quis caſu nouit, quamuis tenetur illud contegere, etiam ſub peccato mortali: tamen non tenetur grauia pati, vt illud celet. 372
Senatores, conſiliarij, & ſcribæ tenentur ex genere

re rei fidem ſecreti ſeruare. 168
Sententiæ peruerſę excommunicationis tres gradus. 261
Sententia iudicis ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, ideſt, non contemnenda. 267
Sigillum ſecreti eſt de neceſſitate confeſſionis, & declaratur quomodo. 330
Sigillo ſublato, nihilominus confeſſio eſſet ſacramentum: tamen eſſet tunc intolerabile præceptum confeſſionis. 332
Silere potius debemus, vt culpa careamus, quàm quidpiam edere, cuius veniam deprecemur. 3

TEſtes quando ſint adhibendi, quotieſcunque frater ſecreta monitione non corripit. 141 vſque ad 153.
Teſtis non tenetur ſe offerre niſi accerſitus a iudice, quamquam reus ſit legitime accuſatus. 144
Teſtis interrogatus, & requiſitus a iudice aliter tenetur dicere teſtimonium, aliter is qui a iudice non accerſitur. 247
Teſtis non tenetur dicere teſtimonium cum periculo proprij capitis. 248
Teſtis, qui præter ius de occulto crimine interrogatur, nec poteſt ſe defendere tacendo, reſpondere poteſt, ſe nihil ſcire. 303
Tranſitus de hac vita ad aliam non ſubiacet libero arbitrio hominis, ſed poteſtati diuinæ. 42

Veritatis virtus ea eſt, vt ſuam quiſq; mentem illis explicet verbis, quę ſecundū cōem vſum talem habent ſignificationem. 290
Virtutes procedunt a naturali lumine, peccata vero ab ignorantia. 19
Virtus facit rectam intentionem, & propoſitum finis: ſed prudentia diſponit, & inuenit media ad illum. 15
Virtutes ſunt connexę, & ideo vna ſublata, reliquę fiunt debiliores. 16
Virtutes multę ſunt ad vitę perfectionem ſpectantes, quę non ſunt niſi ſub conſilio. 19
Virtutis nullum eſt officium, niſi veſtiatur debitis circunſtantijs. 252
Vita eſt fundamentum omnium bonorum. 41
Vita bonum eſt multo pretioſius, quàm fama. 326

FINIS.

RELECTIO.

F. DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Ordinis Prædicatorum, artium, ac ſacræ Theologiæ magiſtri: & eiuſdem ſacræ facultatis in inclyta Salmanticenſi vniuerſitate publicè profeſſoris, atque religioſi, Prioris Conuentus S. Stephani.

De ratione tegendi, & detegendi ſecretum.

PROVIDENTER maiores noſtri (Patres grauiſſimi, concioq; bonarum litterarum ſtudioſiſſima) & re ſapienter explorata, inſtituerunt, vt de cunctis, quæ annis ſingulis publice legimus, ſelectum aliquid relegeremus: ſane quod paulo eſſet accuratius elaboratum, & pro cuiuſq; ingenio ſuis numeris abſolutum. Enimvero: Cum relego (ait quidam) ſcripſiſſe pudet: nã plurima cerno, Me quoq; qui ſcripſi, iudice, digna lini. Atqui, cũ pleraq; oĩa, quæ anno præſenti de præclariſſima virtute iuſtitiæ interpretati ſumus, ardua quidem ſint, atq; adeo cognitu, tum iucunda, tum ẽt in primis neceſſaria: tñ ex tã varia ſupellectili, hoc vnum argumentum

Argumen. operis. & vos impẽdio efflagitaſtis, & nos potiſſimum iudicauimus, de quo relectionẽ hãc conficeremus: quod eſt, De rõne tegendi, & detegendi ſecretũ. Nam inter ea, quę ad vitam humanã præcipuum habent momẽtũ, id profectò nec in poſtremis eſt, ſi pro dignitate perpendamus, qua rõne tacere, quave proferre debeamus, quæ nobis ſunt ſecreto concredita, ac fidei nr̃æ commiſſa. Vt.n. arcanum amici temere effutire non mõ vanitas eſt, ſed iniquitas, atq; adeo infidelitas: ita contra, tunc occultũ celare crimen, qñ magiſtratus ṽia id & rõne percunctat̃, delictum eſt. Immo vero, ſi crimen in perniciem ſpectet Reipublicæ, qui non vel ſua ſponte illud ſtatim defert, impius eſt, & patriæ proditor. Quocirca, qui ſuam aſtrinxit fidẽ arcani tacendi, inter Scyllam ſe intelligat, & Charybdim, nauigare. Qđ Philippides ille, Lyſimacho regi gratiſſimus, ſapienter admonuit. Nã cum a rege rogaret̃, quid nã ſibi vellet ſuarum rerũ impartiri, rñdiſſe fert̃. Quiduis, o rex: mõ ne quid arcani. Et Ariſto. rogatus, quid in vita eſſet difficillimum, rñdit: Ea reticere, quę minime eſſet opus vnquã efferri. Et Socrates facilius eſſe dicebat imperitis, & malis hominib. flammam ore inardentem continere, quam arcanum. At, cum argm̃ hoc aĩo luſtrare incipio, & membratum explorare, latius

tius patere video, quàm vt vna relectionē poſſit abſolui. Etenim, ſi res a carcerib. (vt aiunt) ad metam vſq; tractanda eſt, acccerſere huc materias oportet de Correptione, & denũtiatione fraterna, de Accuſatione, & inquiſitione: quippe, in quib. ſumma huius diſputationis poſita ſit. Illic enim, cum reis ēt teſtib. periculum imminet, aut velādi quod ius eſſet denunciare, aut reuelādi quod neutiquam opus eſſet prolato. Ob idq; boni conſulite, ſi dum relectionē inſtituere cœpimus, currente rota, iuſtus liber exierit. Enim vero, quamquam hæc diuerſis in locis vulgata, verſataque ſint, & apud Theologos, & plurimum apud Iuris cõſultos: tñ hoc hactenus deſiderat̄, vt rõnes vniuerſę tegēdi, & detegendi ſecretũ, in ſumma comprehenderent: quas tā prælati, quam ſubditi ſimul habeant ante oculos. Quod, ſi pro expectatione veſtra præſtiterimus, non fuerit, puto, inutilis labor noſter: ſin minus, temeritatē accuſate meā qui materiam ſumpſerim, non meis virib. ęquam. Nam, etſi cura nos publica Prioratus nri, cui per obedientiam deeſſe non poſſumus, frequenter a quiete ſtudiorũ noſtrorum interpellet, tñ nullam inde præteximus excuſationem. Debuiſſemus.n. ſilere potius, vt culpa careremus, quàm quidpiam edere, cuius veniam deprecaremur.

Sed faxit Deus, vt oratio nobis contingat digna,quæ a nobis,& in hoc veſtro conſeſſu,& de re grauiſſima habeatur.

SED Ad rem deſcendentes, ab illo proloquio Sapientis recte arbitramur proficiſci,qđ eſt,Prou. 11. Qui ambulat fraudulenter,reuelat arcana:qui aũt fidelis eſt, celat amici commiſſum. Nam ita mos eſt aliquod prorhema initio proponendi, qđ ſit totius relectionis fundamentum. Atqui tria eſſe exiſtimo neceſſaria mẽbra huius diſputationis. Primum,quo explicet̃,quod nã genus virtutis ſit, ſecreta cõtegere: quaque lege ad id officium teneant̃ mortales. Alterum,quo perſcrutemur, quib. de cauſis,aut ſua quiſque ſponte,aut ſi quis fuerit interrogatus,iure debeat occultum crimẽ detegere. Tertium,ac poſtremũ,quo oſtendamus, qñ quiſpiam vi, & iniuria petit̃ ſecretum pandere,qua prudentia, quibuſq; verbis ſeſe licebit citra mendacium protegere: atq; adeo,quid tum prius perpeti debeat,quàm vel ſe,vel amicum prodat. Stylus vero ſcholaſticus erit, & peripateticus: quippe,qui ad veritatem veſtigandã,& diſſerendam lucidior eſt, atq; ad concludendam & iudicandam aptiſſimus. Sint.n.quãuis ipſi latiniſſimi, qui res ſcholaſticas oratorie tractant, noſq; barbaros exiſtiment: tamen nunquam eas poterunt eo dicendi genere

Prorhema

Diſtributio operis.

genere, de ſuis cuiuſque principijs efficaciter ratiocinari,.& perſpicue definire. Nos vero vniuerſis litterarũ ſtudioſis morem geramus: eo vel maxime, quod multis licet citra eloquẽtiam Ciceronis eſſe Theologis.

MEMBRI PRIMI.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum celare ſecretum ſit officium fidei.

SVMMAE.

1 *Secretum alienum ſeruare eſt officium fidei.*

2 *Seruare ſecretum, ad quod quis tenetur ex officio publico, aut legali debito, eſt officium fidei.*

3 *Seruare ſecretum de re propria, non eſt proprie officium fidei, ſed continentię, & charitatis, qua ſe quiſq; tenetur diligere, & famę ſuę cõſulere.*

PRimo quæritur, Vtrum celare ſecretũ ſit officium fidei? Ad partem negatiuã arguitur. Fides eſt virtus intellectualis: Sed ſecretũ ſeruare eſt virtus moralis. Ergo ſeruare ſecretum nõ eſt officium fidei. Quod ſi dixeris, præter fidem intellectualem, aliã eſſe fidem moralem, replicatur hoc modo. Fides moralis eſt pars, & ſpecies iuſtitię: immo fundamentum totius iuſtitiæ, vt auctor

eſt Cic. 1. de off. c. de iuſtitia: Sed ſeruare ſecretum non eſt actus iuſtitiæ. Ergo nec eſt actus fidei. Probatur minor. Seruare propriũ ſecretũ nõ pertinet ad iuſtitiã: iuſtitia enim, inquit Ariſt. 5. eth. eſt ad alterum: quare hominis ad ſe ipſum nec iuſtitia eſt, nec iniuſtitia: Celare autem alienum ſecretum eſt opus charitatis & amicitiæ: quod verbis propoſitis Salomonis inſinuatur. Qui fidelis eſt, ſeruat amici commiſſum. Ergo neutrum ſecretum ſeruare, eſt actus iuſtitiæ.

Secundo arguitur. Velare, aut prò ratione, reuelare ſecretum, pertinet ad prudentiam, cuius eſt diſcernere inter tẽpus tacendi, & tempus loquendi: vnde Prouc. 10. Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt, & cap. 11. proxime ante prouerbium thematis. Qui deſpicit amicum ſuum, indigẽs corde eſt: vir autem prudens tacebit; ideſt, tacebit in publico, occulte autem caſtigabit, vt habet gloſſa interlinearis. Ergo celare ſecretum, officium potius eſt prudentię, q̃ fidei.

Tertio, & poſtremo arguitur. Secretum temere & ſine cauſa effutire, hoc vanitas eſt, & incõtinentia: etenim, vt docet Ariſt. 7. Eth. c. 4. quamquã cõtinentia, abſolute dicta, circa ſolas verſetur voluptates tactus: tamen, cum addito dicta, ad alias etiam affectiones extenditur. Eſt enim quis incõtinens honoris, aut iræ, atq; adeo linguę: quo

circa,

circa,qui temere ſecreta profundit, vaniloquus appellatur:Atqui ſecretum,præter rationem metus cauſſa reuelare, contrariũ eſt fortitudini, vt cũ qs in eculeo, leui tormento victus,crimen prodit, de quo iniuſtè interrogatur.Ergo celare ſecretũ, officium proprius eſt,aut continentiæ, aut fortitudinis,quam iuſtitię,atque adeo fidei.

IN Contrarium eſt prouerbium propoſitum,vbi qui reuelat arcana, fraudulentus appellatur:atque adeo,fidelis, qui celat amici commiſſum.

SEcretorum,aliud eſt de re propria eius, qui ſecretum apud ſe continet:aliud vero eſt de re aliena. Et quia hęc varias habẽt conſiderationes, tres erunt quæſtiones in hoc primo membro. Prima,de ſecreto in genere:altera, de ſecreto alieno : & tertia, de ſecreto cuiuſque proprio.

Nomen ſecretum,

SED ante ſolutionem primæ quæſtionis:circa expoſitionem terminorum, non tacitus pręteribo,eſſe quoſdã, qui hoc nomine,ſecretum,quod in ſcholis frequentiſſimum eſt,ſcrupuloſe vtãtur, pro eo quod eſt,arcanum,& occultum:inſinuantes non eſſe in hac ſignificatione ſatis latinum.Sed nihilominus,quãquam ſecretum, idem eſt quod ſeparatum,vt eſt illud Iuriſconſultorum;Secretorum ſecreta eſt ratio;ideſt,Diuerſorum diuerſa eſt ratio, atque iudiciũ:

vnde, ſecreto loqui, eſt in ſeceſſu & ſine arbitris loqui: tamen profecto id ipſum quod qui ſecreto loquitur, ſecretum etiã latine dicitur. Nam apud Iuriſconſultos, latinitatis non negligentes, nõ rarus eſt vſus huius nominis in hac ſignificatione, vt. ff. de re mil. l. Omne delictum. Exploratores, qui ſecreta nunciant hoſtibus, proditores ſunt. Atq; adeo Quintilianus in altera declamatione pro Cæco, nõ ſemel vtitur hoc nomine. Poteram, inquit, Iudices ſecretum hoc ſenis, profundumq; vocare conſilium. Sed de hoc ſatis. Quod tamen ad rem attinet, loquimur primum omnium de ſecreto in tota diſputatione formaliter: nẽpe de re, q̃ ſuapte natura digna eſt, vt ſecreta ſeruetur: ſcilicet, quæ aut mala eſt, & peccatum, aut cuius reuelatio eſt pernicioſa. Ad hunc. n. modum loquuntur homines de ſecreto: nã virtutes & opera, quæ ad gloriam hominis ſpectant, non ſunt celatu digna, nec appellantur ſecreta Quapropter cæci illi euãgelici, Matth. 9. nihil fecerunt contra virtutẽ, diffamãtes Chriſtum de miraculo: nam, vt ait illic Diuus Hieron. Dñs propter humilitatem fugiens iactantiam hominũ, præceperat ne ſe diffamarent: & illi pp memoriã gratiæ, non potuerunt tacere beneficium.

Secretum multiplex. Secundo notãdum eſt, quod ſecretum, & occultũ, & quod his opponitur, manifeſtum,

ſtum,multis modis dicitur, vt videbimus in fronte ſtatim ſecundi membri:tamen in præſenti quæſtione ſecretũ vocamus,quid quid nec eſt notorium,nec infamia procla matum:Ita vt dicamus ſecretum. quidquid ab Eccleſia toleratur,vt habetur c. Veſtra, de cohab.cle.& mul.Tametſi varij ſint gradus ſecretorum: nam aliquod eſt omnino ſecretum, quod præter Deum, ſolus ipſe nouit,qui crimen admiſit,aut forſan confeſſor.Alio mõ accipitur ſecretum, pro eo ꝙ iuridice probari non poteſt,vt quãdo vnus ſolus eſt teſtis ſine alijs indicijs. Tertio mo do dicitur ſecretum,quidquid non eſt in iu dicium delatum,nec publica infamia labo rat,licet poſſit probari. Et quãto ſecretum inter pauciores continetur, tanto grauius ſcęlus eſt illud prodere.Sed de his omnib. generaliter mota eſt quæſtio.

Fides dup.

Tertio notandũ eſt,quod nomen, fides, duplex eſt & æquiuocum ad duas virtutes, alteram intellectualem,& alteram moralẽ. Significat enim primo habitum,& virtutẽ mentis,qua certo & cõſtanter,&(quod dicunt)firmiter,dictis cuiſpiam adhæremus. Quemadmodum Ariſt.in Top.lib.4.Fides, inquit,eſt opinio cum vehementia, ideſt, aſſenſus ſinę hæſitatione:quæ quidẽ ad prę ſens negotiũ nihil attinet.Significat ſecun do habitum voluntatis,qui & fidelitas nun

cu-

cupatur, quo dicta & promiſſa factis cōplemus, & certa facimus. Quomodo accipitur illic. Accipe, daque fidem: Quam graphice deſcribit Cic. 1. offic. de iuſtitia, dicens. Fides eſt dictorum conuentorumq; conſtantia & veritas. Et dicitur, fides (quod præter Ciceronem, adnotauit etiā Aug. li. de mendacio, c. 20.) quia fit quod dicitur. Id enim prę ſe ferunt duæ illæ ſyllabę, fi, des, quarū prior inſinuat, facere: poſterior vero, dicere. Quā virtutē tanti fecere Romani, vt ſtatuam ei Ioui optimo vicinam, in Capitolio ſtatuerent. Quod ex oratione Catonis refert Cic. off. li. 3. Et vſque adeo eam ſemper coluerunt, vt pro fide, vel hoſtibus ſeruanda, Marcus Regulus mortem oppeteret. Et de hac loquimur in præſentiarum.

SED, Quia hoc plurimum ad notitiā dicendorum conducit, notandum eſt quarto, duplicem eſſe id genus, fidem: alteram quidem, quæ verſatur circa debitum legale, quod eſt vere & iure debitum: quale eſt in cōmercijs & contractibus ciuilibus, in quib. eſt ratio dati, & accepti. Verbi gratia. Fides eſt, emptorem ſtatuto tempore promiſſum pretiū perſoluere, & coniuges mutuas ſibi operas impendere: & ciues principi parere: ac denique, principem qui tributa populi recepit, ciues viciſſim armis tueri, ornare moribus, & legibus emendare.

Quod

Quod ſonat illud Euãgelij: Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuam? Matth. 24. Et huiuſmodi fides nulla rõne a iuſtitia ſeparat, imò eſt ipſa iuſtitia: atq; adeo per oẽs materias iuſtitię diffunditur. Et de hac loquit̃ Cic. loco citato: vbi dicit, Fidem fundamẽtum eſſe iuſtitiæ, vt pote, quod oĩs iuſtitia inde pendeat, ſi certum quiſq; faciat quod dicit. Vnde, in vſum abijt mortalibus, vt quoties quis iniuriam paſſus eſt, Deorum hominumq; fidem imploret. Alia vero eſt fides & fidelitas, quæ verſatur circa debitum morale, quod non eſt abſolute debitum, ſed ad quandam naturalem pertinet honeſtatem: vt ſi quis quid ex liberalitate ſua, & bonitate promiſit, fides eſt vt impleat. Quod Sapiens admonet, Eccleſiaſt. 5. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet. n. ei infidelis & ſtulta promiſſio. Et hmõi fides non eſt proptie iuſtitia: nã vbi debitum fundatur in ſola liberalitate, & bonitate promittentis, non eſt vera rõ debiti: nec eſt proinde integra rõ iuſtitiæ. Eſt tamen, vt docet S. Th. 2. 2. q. 80. pars potentialis iuſtitiæ: nam partem potentialem cardinalis virtutis vocãt philoſophi illam virtutem, in qua non eſt tota rõ talis virtutis cardinalis: ſed propter ſimilitudinem reducitur ad illam, velut liberalitas reduci

tur ad iuſtitiam.

Prima conclusio.

HIS prænotatis, reſpondetur ad quæſtionẽ tribus concluſionibus. Prima. Secretũ ſeruare alienũ, eſt officium fidei. Probatur. Actus exterior, illius potentiæ & virtutis eſt, cuius proprium obiectum proxime mouet ad talem actum, & proprie intenditur per illũ: vnde dimanauit regula illa philoſophorum, Habitus & proprius actus verſantur circa idem obiectum: vt viſio iudicatur eſſe proprius actus potẽtiæ viſiuę, quia color, qui eſt proprium obiectum illius potentiæ, proxime mouet ad talem actum: & dare elemoſynam eſt actus miſericordiæ; quia miſeria, quæ eſt obiectum miſericordiæ, mouet ad talem actum, & ſubleuatio miſeriæ intẽditur per illum: Sed proprium obiectum fidei, vt expoſitum eſt, eſt facere, quod quis dixit, & implere quod promiſit; & hoc eſt quod mouet ad ſeruãdum ſecretum, & quod intenditur per talem actum. Ergo ſeruare ſecretum eſt officiũ fidei. Exponitur minor. Senator, aut canonicus, aut quæcunque perſona publica aſtringitur iureiurando ſeruare ſecretum ſenatus, aut capituli: fides ergo eſt, quæ inclinat ad ſeruandum tale ſecretum. Et eadem ratione, ſi perſona priuata, data fide ſecreti, recepit arcanum alterius. Sed qui viſu, aut relatione tertiæ perſonæ nouit crimen alienũ, quãquã expreſ-

expreſſe non promiſerit ſecretum, cenſet tamen virtualiter promiſiſſe, propter vinculum & ius naturale, quo quiſq; tenetur ſeruare ſecretum proximi, vt quæſtione ſequenti manifeſtabitur.

Secunda cōcluſio. Seruare ſecretum ad quod quis tenetur ex officio publico, aut legali debito, eſt officiū fidei, quæ eſt pars ſubiectiua & propria ſpecies iuſtitiæ: Sed ſeruare ſecretum, ad qđ quis ex honeſtate ſolum naturali obligat̄, eſt officium fidei quæ eſt pars potentialis iuſtitiæ. v.g. Senator aut canonicus, & quicunque publica aſtringitur fide, virtute iuſtitiæ tenet̄ ſerua re ſecretum publicum, & eṗs ſecretum papæ, quod iurat ſeruare. c. Ego epiſcopus. de iureiur. quod ſi reuelat, committit iniu ſtitiam, & grauiorem ex genere ſuo, quā ſi non redderet mutuum, aut furtum. Et maiore rōne ſacerdos tenet̄ vinculo iuſtitiæ ſeruare ſecretum confeſſionis, quia hoc il li incumbit ex officio. Imò vero ſacerdotē ſeruare ſecretum, nō ſolum eſt iuſtitia, ſed religio; atque adeo reuelare non ſolum eſt iniuſtitia, ſed ſacrilegium: Sed inter perſonas priuatas, qui data fide recipit arcanum amici, tenetur illud abſcōdere de iuſtitia, veluti tenet̄ quis ſeruare depoſitum. Atq; adeo, qui per iniuriam extorſit ab alio ſecretum ſuum, tenet̄ illud ſeruare; ſicut fur-

Secunda concluſio.

te-

tenet̃ reſtituere furtum : vt ſi quis lr̃as alienas aperuit, preterquam qđ grauiter peccauit, obnoxius eſt ſecreti ſeruandi. At vero, qñ quis viſu, aut relatione tertiæ perſonæ ſecretum nouit, tunc non proprie de iuſtitia, ſed de honeſtate naturali tenet illud ſeruare. Colligitur ergo, quod ſeruare ſecretum proximi, eſt proprie officium fidei vt hr̃ in verbis thematis. Ob idque in epiſtola Philiberti epiſcopi. 22. q. 5. cap. De forma. inter ſex officia fidelitatis, quæ ſeruus debet iurare domino, ſecundum eſt, de ſecreto ſeruando. Colligitur deinde, hmõi fidẽ partem eſſe iuſtitiæ: & ideo Ioſeph ſponſus Virginis, vt iuſtus commendatur ab Euãg. Math. 1. qui de flagitio ſponſæ, quod forte fuerat ſuſpicatus, vt putat Auguſt. noluit eam traducere, ideſt, prodere, & diffamare: quia id probare non poterat.

Tertia cõcluſio. Tertia concluſio. Seruare ſecretum de re propria, non eſt proprie officium fidei, ſed continentiæ, & charitatis, qua ſe quiſq; tenetur diligere, & famæ ſuæ conſulere. Prima pars perſuadetur illa replica primi argumenti principalis: nam fides eſt pars iuſtitiæ; hominis autem ad ſeipſum nec iuſtitia eſt, nec iniuſtitia. Secunda pars eſt manifeſta: nam qui ſecretum ſuum temere reuelat, vanus eſt & incontinens linguæ, atque adeo ſuæ prodigus famæ.

AD

AD primum argu. reſponſum eſt in 2. notab. Et ad replicam pro priori parte reſpondimus modo in tertia concluſ. Sed ad ſecũdam negatur, quod ſeruare ſecretum alienum ſit proprius actus charitatis, aut amicitiæ: at remote imperatur a charitate. Nam charitas, quia eſt vniuerſalis virtus, habet imperium ſuper oẽs alias virtutes, & omnes mouet ad ſuum finem: vt charitas patriæ mouet ad aggreſſum bellicum, qui tñ eſt proprius actus fortitudinis: & charitas propriæ perſonæ mouet ad ieiunium, ne noceat cibus, qui tamen eſt proprius actus temperantiæ: & ad hũc modum charitas amici mouet ad ſeruandum eius ſecretum, qui tamen eſt actus fidei.

Ad ſecundum arg. principale, reſpondet Ariſt. 6. Eth. c2. 1. vbi dicit, quod virtus facit rectam intentionem, & propoſitum finis: ſed prudentia diſponit, & inuenit media, quibus illum conſequamur: vt fortitudo facit propoſitum ſtrenue agendi in bello: ſed qñ exponit aggredi, quãdoq; receptui canere, hoc prudentia diſcernit. Et temperantia facit intentionem comedendi quantum conuenit valetudini: ſed qñ oporteat, aut non oporteat comedere, hoc oſtendit prudentia. Eodem modo, fides eſt, quæ inclinat vt non reueletur ſine cauſa ſecretum: ſed quando oporteat velare, quando-

ue reuelare, hoc dirigit prudentia.

Ad tertium reſpondetur, quod nihil vetat idem opus a duabus virtutibus, ēt particularibus, aut a duobus vitijs, ab vno proxime, & ab alio remote dimanare. Et hac ratione, quamquam reuelare ſecretum ſit proprium peccatum infidelitatis, naſcitur tamen quandoque ex defectu continentię, & quandoque ex defectu fortitudinis. Nã virtutes ſunt connexæ: & ideo, vna ſublata, reliquæ fiunt debiliores, neque habent iuſtum gradum virtutis.

QVAESTIO II.

Vtrum ſeruare ſecretum proximi ſit ſub præcepto.

SVMMAE.

1 *Ad fidem alieni ſecreti, quod eſt de re proximi naturali iure tenemur, diuino, atq; humano.*

2 *Præceptum ſeruandi ſecretum, tametſi habeat formam affirmatiui, eſt negatiuum.*

3 *Secretum alienum temere, & ſine cauſa reuelare, peccatum eſt ex genere ſuo mortale, leuius quidem quàm homicidium, & adulterium, ſed grauius, quàm furtum.*

4 *Grauius peccatum eſt reuelare ſecretum, quod quis ex debito iuſtitiæ tenetur de honeſtate naturali, cæteris paribus.*

5 *Qui ſecretum alienum temere, & ſine cauſa reuelat, tenetur ad reſtitutionem famæ.*

SEcundo Quærit, Vtrum ſeruare ſecretum proximi ſit ſub præcepto. Ad partem negatiuam occurrit in primis exemplũ Xp̄i ſeruatoris noſtri, cujus nos admonet B Paul. Eph. 5. vt ſimus imitatores, qui crimen proditoris Iudæ cæteris Apoſtolis nunciauit, dicẽs: Vnus ex vobis me tradet, Io. 13. & interroganti Ioãni: Domine, quis eſt? reſpondit: Cui ego intinctum panem porrexero. Et, vt de theſauro ſcripturę noua proferamus & vetera, Leu. 5. præcipiebat: Qui audierit vocem iurantis (ſcilicet falſo) teſtiſque fuerit, &c. niſi indicauerit, portabit iniquitatẽ ſuã. Vnde colligit Auguſt. vt refert. 22. q. 5. c. Hoc vr̃. quod non ſolum ante peccatum admonendus eſt frater, ne peccet: ſed poſtquam peccauit, quã uis peccatum ſit ſecretum, denunciandus eſt illi, qui poſſit prodeſſe, & nõ obeſſe. Et, vt ab vtroq; iure teſtimoniũ petamus. ff. de iniur. hr̃. l. eũ qui nocentem infamauit, nõ eſſe bonum & æquum ob eam rem condẽnari. Peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire. Ergo ſeruare ſecretum crimen, non eſt ſub præcepto.

Secundo arguitur. Omnia præcepta neceſſaria ad ſalutem comprehenduntur ſub

decalogo, ſecũdum illud Mat. 19. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata: & ſubnectunt ſolum præcepta decalogi, Nõ homicidiũ facies, Non adulterabis &c. Sed non conſtat quo præcepto decalogi comprehendat ſecretorũ fides. Ergo non eſt præcep.

Tertiò arguitur. Non vr̃ minus malum prænunciare peccata futura, quã denũciare præterita: Sed licet aſtrologo prænũciare hoĩum peccata, quæ de aſtris, & complexione hoĩum cõiectat, vt ẽt hr̃. l. Item apud Labeonẽ. §. Si quis aſtrologus. ff. de iniur. dummodo id non faciat arte magica: nam tunc vltore gladio puniendus eſt, vt iubet. l. Nemo. C. de malefi. & mathe. Ergo licet & peccata præterita reuelare. Et confirmatur. Hiſtorici multa enarrant peccata, quæ vel erant occulta, vel nõ fuiſſent adeo publica, ſi non hiſtorijs proderentur. Ergò ſeruare ſecretum non eſt ſub præcepto.

Sed in contrarium eſt, quia opera iuſtitiæ ſunt ſub præcepto, de quo admonemur Matth. 7. vt quæcunq; volumus faciant nobis hoĩes, hæc & nos faciamus illis: Sed fidelitas eſt pars & ſpecies iuſtitiæ, & ſeruare ſecretũ eſt fidelitatis officium, vt dictũ eſt. Ergo ſeruare ſecretum eſt præceptũ.

QVamuis ſuperiori qõne definitũ ſit, ſeruare ſecretum eſſe virtutem: ſupe-

pereſt tamen ſub Iudice,an ſit ſub pͤcepto. Nā ſunt virtutes multæ ad vitæ perfectionem ſpectantes,quæ non ſunt niſi ſub cōſilio,vt de paupertate inſinuauit Chriſtus iuueni illi euangelico:Si vis perfectus eſſe,vęde oīa,quę habes &c. Et de uirginitate dicit D.Pau.1.Cor.7.præceptum domini nō hr̄e,conſilium aūt dare.Atqui,dum quærimus an fides ſecreti ſit ſub pręcepto,loquimur de ſecreto formaliter,i.de re quę ſuapte natura digna eſt, vt ſecretò ſeruetur, nempe,quæ mala eſt,aut mali cauſa.

Reſpondet ergo ad qōnem quinq; conclusionib.Prima.Ad fidē alieni ſecreti, qđ eſt de re proximi,naturali iure tenemur,diuino,atq; humano.Cōcluſio receptiſſima eſt omnib.Philoſoph.& Thęol. ſed locos ſcrutari oportet,a quib.veritatē eruamus. Et quod ſit ius naturale celare ſecreta,quę ſunt peccata,probat primo ex ipſa peccatorū natura. Hoc.n.differt inter virtutum opera,& vitiorum,qđ natura virtutū,quia bonæ ſunt,eſt,vt manifeſtent, ſed peccatorū natura,quia mala ſunt,eſt,vt contegant, nec niſi ex neceſſitate correptionis,aut punitionis detegant. Qualia.n.ſunt rerū principia,talem ſortiuntur & naturam,procedunt aūt virtutes a naturali lumine, peccata vero ab ignorantia. Nam omnis prauus

Prima cō. cluſio.

ignorat.3.Eth.c. 1. Sunt ergo virtutes ſuapte natura dignæ, quæ palã fiant; peccata vero ſunt celatu digna. Vnde, mos ſcripturæ eſt, peccata vocare tenebras, virtutes vero lucẽ, vt Io.3. Dilexerunt hoĩes tenebras, magis quàm lucem. Et Ro.13. Abijciamus opa tenebramur, & induamur arma lucis. Et Iſa.3. reprehendunt̃, qui peccata ſua ſicut Sodoma prędicarunt: Sed Matth.5. prę cepit Xp̃s, vt luceant opera nr̃a bona corã hominibus: & natura, ea quæ in nobis imperfectiora ſunt, contecta eſſe voluit; faciẽ vero voluit, contra, patere. Eſt ergo ꝯ naturã crimina detegere, niſi correctionis gratia ordine ſeruato iuris: atq; adeo præceptum naturale eſt ſecreta celare. Et confirmat̃ hæc rõ. Amicitia, quæ hominib. tã eſt neceſſaria, nulla ſane eſſe poſſet, niſi peccata, & praua hoĩum corda occulta eſſent. Nam ſi mala, quæ tu ſecreto admittis, cunctis eſſent manifeſta, quis te proſequeretur amore? Et, ſi quę alij in corde cogitant mala, tibi eſſent comperta, quem poſſes unquam amare? Re vera præclare nobiſcum actum eſt, cum hoĩum mala Deus, & natura occulta eſſe voluerunt, vt, vel hac rõne, amicitia inter homines colaſceret.

Secunda ratio ſumitur a damno dato, & procedit nõ ſolum de ſecreto peccato,

cuius,

cuius reuelatio eſſet infamia, ſed de omni ſecreto, cuius reuelatio eſſet pernicioſa, vt ſi quis latentē proximi theſaurum aperiret latronibus, aut latentem hominem proderet hoſtibus. Ratio eſt hmōi. Naturale vinculum charitatis eſt, vt proximos ſicut noſipſos diligamus, Matt. 22. cui proxima eſt illa generalis iuſtitia, vt, Quæcunq; volumus vt nobis faciant hoīēs, hæc, & nos faciamus illis: atque adeo (vt eſt in lib. Tob. c. 4.) Quæ nolumus ab alijs nobis fieri, nec nos alteri faciamus vnq̄: vnde lex pendet & prophetę: id eſt, omnia pręcepta iuſtitiæ, tā affirmatiua, quā negatiua: Sed quicunq; mortaliū recta ratione cupit, vt ꝙ alteri ſecreto cōmiſit, ſecretū ſeruet; vt pote, vnde honor, & fama, & ſæpiſſime vita pēdet. Ergo ęqua ratione, quicunq; naturali iure cōſtringit̄ ſimile officiū alteri viciſſim p̄ſtare.

Tertia ratio ſumitur a fine. Neceſſitas. n. & ratio mediorum a fine ſumēda eſt, auctore Ariſt. 2. Phy. tex. 88. Sed in vita humana neceſſarium eſt alios alijs arcana ſua committere, & credere, ad capiendum cōſilium futurorum, vel ad leuandam, & exonerandam triſtitiam, & ægritudinem animi, ad aliasq; permultas vtilitates, quas affert ſapientiū amicitia: Sed ſi hoīes non aſtringerentur ad fidem ſecretorum, non eſſet, qui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

hæc cõmitteret amico. Ergo fides ſecretorũ eſt ſub pcepto naturali: aliàs multa, & egregia ceſſarent amicorũ officia. Et cõfirmatẽ hæc ratio. Lex naturalis eſt, vt res & cõſilia publica non temere cõmittantẽ cuicũ quã de plebe, ſed ſint ſenatores, & rectores ſpectatæ virtutis, & prudentiæ, quorũ fidei concedantẽ: Hoc vero conſeruari non poſſet, niſi eſſet ſecretorũ fides. Ergo ad fidem ſecretorum perſonæ præſertim publicæ tenentẽ; qꝫ vel maxime manifeſtũ eſt tpe belli: nã tunc capitale eſt ſecreta Reip. hoſtibus prodere, vt. l. Omne delictũ. ff. de re mil. ſancitũ eſt. Atque adeo poſtremo confirmatẽ concluſio. Natura in hoc homines produxit, vt in pace, & tranquilitate conuiuant: eſt. n. homo ſuapte natura ciuile animal, vt auctor eſt Ariſ. Ethi. 9. Sed ſi homines hominũ ſecreta deregerent, maxima inde perturbatio, atq; adeo Reip. peruerſio cõmoueretẽ. Ergo præceptũ naturale eſt, vt homines hominum viciſſim ſecreta cuſtodiãt. Quod autem ſecretorum fides ſit itẽ ſub præcepto diuinò poſitiuo, vel ex illo maxime cõprobatẽ, Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe inter te, & ipsũ ſolum: vbi Chriſtus, vt mitiſſimus medicus, ſummopere ſollicitus fuit, quo occulta crimina non fierent manifeſta, niſi omnibus

prius

prius tentatis, vt ſecreto corrigerentur. Immo vero, vſq; adeo fuit honoris noſtri, & famæ protector, vt caueret ne, vel per coniecturas, occulta proximorũ crimina iudicaremus: Nolite.n. inquit, iudicare, & non iudicabimini, Matth. 7. Quod re vera rationi cõſonum fuit: nã in hac mortali vita, in qua locus eſt pœnitẽtiæ, & emendationis, vtilis eſt, atq; adeo neceſſaria fama, tũ peccatori ipſi, vt reſipiſcat; tũ ẽt alijs proximis, quib. hõ bonæ famæ prodeſſe põt: ob idq; peccata in hoc ſęculo velãda Deus eſſe voluit, & cõtegẽda: ſed in die iudicij, vbi iã fama peccatorib nõ erit neceſſaria, tũc expedit vt omnia ad manifeſtã vindicationẽ in publicũ traducant. Vnde. 1. Cor. 4. Nolite, inquit Apoſtolus, ante tp̃s iudicare, quoad uſq; veniat dñs, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordiũ.

Poſtremo probatur cõcluſio ex iure humano. Nam primum vtroque iure cautum eſt, ne quis niſi via iuris, alterius crimẽ prodat, vt C. de famo. libel. l. vni. vbi Valentinianus, & Valens ſtricte admonent, vt nemo quemquam, niſi in iudicio, diffamet: atque adeo, his qui extra iudicium libellos famoſos ſpargunt, pœnam decernũt capitis. Quæ lex in cõcilio Elibertino approbatˢ. 5. q. 1. Si qui. vbi prætερea, anathematizan-

tur,qui id genus libellos in eccleſia ponũt. Qua cauſa,& quæſtione Grego.c.Quidam maligni.excõicauit quẽdã, qui libellum fa moſum produxit.Et Adr.c.1. hmõi infama tores p̃cepit flagellari Nã pœna capitis nõ intelligĩt,niſi qñ libellus infamatorius crimina profert capitalia. Et. ff. de iniu. l.lex Cornelia.§.Si quis accumulat pœna hiſce infamatoribus, i. vt inteſtabiles ſint.vt nec teſtm̃ facere poſſint, nec ad teſtamentum tamquam teſtes adhiberi, vt exponitur l.is cui.ff.de teſta.§.Si quis.q̃ lex refert in c. Si teſtes.4.q.3.Et confirmat concluſio,Nã leges humanæ non ſolũ prohibent quemq̃ niſi in iudicio diffamari;ſed ne quis aliũ in iudiciũ deferat,niſi cuius crimen idoneis teſtib.probare poſſet,vt cauet.C. de proba.l. fi.Quæ lex recipitur iure canonico. 2. q.8. c.Sciant.Nam crimen,quod nõ probatur, pro falſo habetur in iure.Quo circa accuſator,qui in accuſatione defecerit, decreto Damaſi Papæ,pẹna plectĩt talionis,c.Calũniator.2.q.3.Et ibidem Adri.Qui non probauerit,inquit,ꝙ obiecerit,pœnam quam ipſe intulerit,patiatur.Et idem habetur. ff. ad ſenatuſc.Turpil.l.1.& C.de accu.l. fi. Et tertio confirmatur.Quia non ſolum circa priuatas perſonas hoc cautum eſt vtroq; iure,ſed & pręlatis præſcriptum eſt,ne crimi- *Secretum multiplex.*

na

na puniāt, q̄uis ſibi nota ſint niſi in iudicio fuerint probata. Stant'decreta cōciliorum Varenſi.& Aphri c. Si tantum epiſcopus, & c. Placuit. 6. q. 2. vbi habet̄, nullā iniuriā epiſcopo irrogari, ſi ei ſoli non credatur. Nam ſecretorū ſolus Deus & cognitor eſt & iudex. diſ. 32 c. Erubeſcant. Et hæc de ſecreto in generali. Nam de quibuſdam ſecretis in particulari, ſunt etiam iura: vt de pęni. & remiſ. ſub grauiſſima pęna cauetur ſacerdos, quoquo modo ſecreta confeſſionis reuelet. & c. Ego. epiſcopus. de iurei. epiſcopus iurat ſeruare ſecretum Papæ, & 21. q. 5. ca. De forma. iubetur ſeruus eſſe fidelis domino in ſecreto ſeruando, & ff. de re mil. l. Omne delictū. §. Exploratores, plectuntur pæna capitis, qui exercitus ſecreta hoſtib. pandunt. Colligamus ergo, triplici nos iure conſtringi ad fidem ſecreti ſeruandi.

Secunda concluſio. Secunda cōcluſio. Præceptum ſeruandi ſecretum, tametſi habeat formam affirmatiui, eſt negatiuū Probat̄. Nā ſeruare ſecretum, eſt non reuelare, niſi ordine iuris: & ideo obligat ſemper, & pro quocunq; tempore. Quotieſcunque. n quis reuelat ſecretum alterius, nocet illi: atque adeo peccat. Itaque, perinde eſt ſeruare ſecretū, ac ſi dicas, nō diffamare proximū, ſi ſecretū eſt de re infami: aut non dare damnum, ſi ſecretū

eſt

eſt de re,cuius reuelatio eſt cauſa damni.

Tertia concluſio. Tertia concluſio. Secretũ alienũ temere & ſine cã reuelare,peccatũ eſt ex genere ſuo mortale: leuius qdẽ quã homicidiũ & adulteriũ,ſed grauius q̃ furtum. Loquimur hic de ſecreto crimine: nã de hoc eſt principalis intentio in tota relectione.Probat̃ ergo prima pars. Peccatũ illud eſt mortale ex genere,ꝙ ratione obiecti eſt contra charitatẽ,ſed reuelare ſecretũ eſt hmõi. ergo.Explicatur hæc minor. Propriũ & ꝑ ſe obiectum,& malũ ꝙ ſequitur ex reuelatione occulti ſceleris,eſt infamia proximi: nã fama eſt clara cum laude notitia: & qui reuelat crimen alterius, per ſe generat malã opinionem illius:ſed per accidens eſt, qđ tale crimen obijciatur peccatori in facie, quod eſt contra honorem,pertinens ad cõtumeliam: aut quod talis reuelatio vergat in detrimentũ bonorũ,aut vitæ alterius:& hoc memoria teneat̃ ad notitiã dicẽdorũ. Sed ꝙ denigrare famam ꝓximi ſit ꝯ charitatẽ,patet;qa fama cõputat̃ inter bona humana:& iõ nõ ſtat qđ quis diligat aliũ,& tñ de nigret famã illius. Scđa & tertia pars cõcluſionis aſſeruntur a S.Th.2.2.q.73.art.3. Et probantur ambæ.Nã grauitas peccato-

Fides dup. rum ex genere,debet attendi ſecundũ grauitatem obiecti:Sed vita maius bonum eſt.

quam

quàm fama,& mors maius malũ,q̃ infamia. Ergo homicidiũ grauius peccatũ eſt,q̃ denigratio famæ. Et quia adulteriũ de ſe opponit futuræ vitę,& educationi prolis, fit, vt grauius ẽt ſit, quã reuelatio criminis, q̃ eſt ꝯ famã. Dixerim ex genere:quia in indiuiduo,ſi reuelatio eſt contra vitã, vel infamia eſt valde notabilis, poterit eſſe maius peccatũ,q̃ adulteriũ. Pari rõne probat, ꝙ reuelatio criminis ſit maius peccatũ, q̃ furtum. Nam fama eſt maius bonum q̃ bona exteriora tẽporalia. Primo,quia eſt bonum magis ſpirituale. Vnde Prou. 22. Melius eſt nomen bonum,q̃ diuitiæ multæ. Deinde, quia latius & ad plures ſe extendit, ſicut odor vnguenti:vnde Eccleſiaſtes.7.Melius eſt nomen bonum,q̃ vnguenta pretioſa. Et poſtremo,quia diuturnius eſt: vnde Eccleſiaſtici 41. Curã habe de bono nomine:hoc enim magis ꝑmanebit tibi,q̃ mille theſauri pretioſi,& magni. Et ꝯfirmatur ex S. Th. 2.2.q.73.art.7.quia infamia plus nocet, quã amiſſio bonorum temporalium. Nocet.n. nõ ſolum in temporalibus (in quibus etiã ſępe iacturam facimus) ſed etiam in ſpiritualibus:quia multi timore infamiæ arcẽtur a peccato,qui perdita fama obdurantur in illo. Vnde Hieron. ſuper 18. c.Matth. Corripiendus,inquit,ſeorſum eſt frater,ne,ſi ſemel

mel pudorẽ,vel verecundiã amiſerit,pmaneat in peccato. Et ſecundo, quia infamia vnius vergit in infamiã aliorũ. Vnde Aug. in epi.ad plebẽ Hippon. Infamato vno religioſo, totus conuentus infamat̃. Et tertio, quia prodito peccato vnius,exemplo illius alij trahunt̃ ad peccandũ. At vero hæc dicta ſint de reuelatione ſecretorũ in genere. Nã ſunt in particulari nonnullæ reuelationes,vbi præter infidelitatẽ,accumulant̃ circunſtantiæ aliorũ genere peccatorũ. Vt patefacere latronibus.vbi latitet theſaurus ꝓximi,ꝑter infidelitatẽ,genus eſt furti: quẽadmodum, prodere latentẽ hominẽ hoſtibus occidendũ,genus eſt homicidij. Serui ergo ſunt & mancipia,qui plurisæſtimant in pecunia fidẽ,q̃ in ſecreto,vt eſt apud Comicũ: Cuius tu fidẽ in pecunia perſpexeris verere ei verba credere? Nã ſapientes longe aliter ſẽtiũt. Socrates. n. celebratiſſimus lumine natutali,colendã fidẽ potius docebat in arcanis,q̃ in creditis pecunijs. Et Cato,vel de hoc potiſſimũ celebratus eſt, qđ amicorũ arcana mira ſanctitate celabat. Et Simonides hoĩes infimæ notæ cẽſebat eos, qui ſecreta continere nõ poſſent;atq; adeo ſimiles ſeruo illi apud Comicum, qui rimarum plenus cũcta effundebat arcana Quid plura? Vſque adeo apud ſummos philoſophos

phos celebrata eſt ſecretorũ fides, vt vel ob hoc maxime, antiqui myſticas olim cæremonias in tẽplis deorũ ſtatuerint, quas nefas erat in publicũ efferre: vt capta inde ſilẽdi conſuetudine, fidẽ ſecretorũ colere, & obſeruare docerent hoĩes, ut eſt apud Plutarch. in De liberis educandis. Sed multo ſanctior eſt Chriſtianis, magiſq; religioſa ſecretorũ fides: nã (quo tres poſitas cõcluſiones ſummo argũ ſtabiliamus) vſq; adeo Eccleſiæ ſollẽne eſt ſecreta celare, vt ſacroſanctum Euchariſtię ſacr̃m ſacerdos occulto peccatori miniſtrare debeat, antequam eius crimen prodat: ẽt ſi illud extra ſacr̃m ſecreto nouerit. Quæ doctrina eſt Auguſt. hom. 50. de pęn. & refert̃. 2. q. 1. c. Multi.

Quarta concl. Grauius peccatum eſt reuelare ſecretũ, quod quis ex debito iuſtitię tenet̃ tacere, q̃ illud ad quod ſolum tenet̃ de honeſtate naturali, cæteris paribus. v. g. Senatori, aut canonico grauius peccatum eſt reuelare ſecreta publica, quàm priuatæ perſonæ reuelare illud quod incumbit ſibi ex officio tacere: nam in priori eſt vera ratio iuſtitiæ, & in altero non eſt tam propria rõ iuſtitiæ. Atque adeo, ſacerdoti ſummum ſcelus eſt reuelare ſecretum cõfeſſionis: quia non ſolum eſt infidelitas contra ius naturale, ſed eſt ſacrilegium, & contami- *Quarta cõcluſio.*

taminatio ſacramenti cōtra ius diuinum: & præterea eſt in perniciem maximā chriſtianiſmi: nam ſublato ſigillo ſecreti, tolleretur ſacr̄m confeſſionis, quod chriſtianis maxime eſt neceſſarium. Quod ſi quis percuntetur, vbi in Euangelio expreſſum ſit illud ius diuinum: Reſpondet, quod licet nullibi ſit expreſſum: tamen manifeſte colligitur ex neceſſitate finis. Ex illis namque verbis Io. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta erunt, colligitur præceptum cōfeſſionis, & ex neceſſitate confeſſionis, colligitur præceptum ſigilli, tamquā medij ad finem. Quare id genus ſecretum nulla de cā, nec pp ſummum bonum totius orbis, reuelandum eſt, vt infra dicturi ſumus, q. vlt. membri. 3. Quapropter, ſacerdoti reuelanti, ſumma pęna deſtinata eſt, vt. ſ. officio priuatus, perpetuam aget pœnitentiam: videlicet (ſecundum antiquam formā) ignominioſe peragrando per orbē, c. Sacerdos, de pęn. diſt. 7. Sed iam mō intrudi debet in arctiſſimum monaſteriū, c. Oīs vtriuſq; ſexus de pęn. & rē. Sed & in ſecretis priuatis ſunt ēt gradus. Vnde, ſi ordinē ſecretorum colligere iuuat, in primo gradu eſt ſecretū cōfeſſionis: in ſcdo, ſecretū publicū ex cōfeſſionē: in tertio, qn̄ priuata pſona per

Secretorū gradus.

iniu-

iniuriam extorſit ſecretum alterius: nam tũc de iuſtitia tenet̃ illud ſeruare: quemadmodũ fur tenet̃ reſtituere furtum: vt ſi Iudex, vel alia perſona vi, & iniuria extorſit ſecretũ ab aliquo, tenet̃ illud celare. Et eodẽ mõ, qui litteras alienas aperuit, præter peccatum, qđ commiſit aperiendo, peccat̃ reuelando, contra iuſtitiam. In quarto gradu eſt, quando quis ex ſua bonitate, data fide, recepit arcanum amici. Tunc.n.ẽt de iuſtitia tenet̃ illud tacere: nam alter non cõmiſiſſet ſecretum, niſi ille daret fidem: & iõ illic eſt fides ſecreti, ſicut fides depoſiti. In quinto, & vltimo gradu eſt, qñ quis viſu, aut relationẽ, alterius nouit ſecretum: nam tunc ſolum tenet̃ ſeruare de honeſtate naturali. Nihilominus eſſet peccatum mortale reuelare, niſi via iuris: nã honeſtas naturalis pars eſt iuſtitiæ, vt dictum eſt, potẽtialis. Auget̃ ẽt aliunde obligatio ſecretorum, vt ſi quis accepit ſecretũ ſub iurõ, aut ſi reuelatio illius eſſet in periculum vitæ &c. Inſinuabat ſe hic qõ, an ſeruare ſecretum vſq; adeo ſit in pręcepto, vt teneat̃ quis aliquando prius mortem oppetere, quàm illud reuelare. Sed hæc in tertio mẽbro congruentius diſputabit̃: vbi tractabimus, quãdo quiſpiã contra ius de occulto crimine interrogat̃, quid nam ſit acturus.

Quinta

Quinta &.vltima concluſio. Qui ſecretum alienum temere,& ſine cã reuelat,tenetur ad reſtõnem famæ. Hoc patet, poſtquam fama eſt vere bonum alienum,quod ille abſtulit.Sed tamen hanc concluſionẽ non eſt præſentis loci tractare:diximus.n. latius de illa in materia de reſtõne.Sed ſatis eſt hic meminiſſe, qđ reuelator ſecreti non tenet̃ reſtituere,retractãdo ſe:nã retractatio illa eſſet mendaciũ.Sed dicũt quidã, quod debet dicere,ſe male,& præter ius eſſe locutum:quod tamen ego nũquam credidi:nam potius eſſet hoc confirmare infamationem.Enim vero, qui non dicit ſe fuiſſe mentitum,inſinuat ſe verum dixiſſe.Sed alia via facienda eſt reſtõ, vt ſi ille infamator bene aliàs loquatur de infamato:vel in alijs bonis compenſet infamiam.Nam põt commutari fama cum bonis alterius generis,vt dicit S.Th.2.2.q.62.art.2.ad ſecundũ. Poteſt tamen diffamatus remittere reſtitutionem famæ,ſicut reſtitutionem aliorum bonorum, vt illic comprobauimus.

Ad primum argm̃ multis modis ſolet reſponderi. Primo,quod Chriſtus non reuelauit perſonam Iudæ in ſingulari,ſed in cõmune dixit: Vnus veſtrum me traditurus eſt,vt dicit Eugenius, c. Si ſacerdos.de off. ordin. Sed tamen hæc ſolutio non prorſus

ſus ſatisfacit:nā quamquam,Matt.26. ſint illa verba gñalia, tñ ſtatim ſubiungit: Qui intingit manū mecū in paropſide, hic me tradet.Quod,ſi quis dicat,multos ſimul intinxiſſe in eadem paropſide: ſaltem Io.13. (quod eſt argm̄ nr̄m) Iudam proprie deſignauit,dicens:Cui ego panem intinctum porrexero.Aliter ēt reſpondet S. Th.2.2.q. 33.art.7.ſcilicet,quod Xp̄s,tanquàm Deus, habebat publicum peccatū Iudæ, & iō poterat illud ſtatim denunciare. Vel dicendū (vt reor)quod Xp̄s non denunciauit peccatū præſens Iudæ,quod habebat in aīo: ſed tanquām propheta prænunciauit quod futurum erat, & prænūciatio erat neceſſaria ad finem redemptionis, vt perſuaderet ſe non tradi inſcium,aut inuitum. Vnde, publice ſolum prænunciauit illud in genere, ſcilicet;vnus veſtrū;vt dicit Eugenius, ſed peculariter Ioanni deſignauit Iudā ad petitionem Petri, vt tutus eſſet,ſe non eſſe illū traditorem,nam id verebatur Petrus.

Ad illud Leuit.5.conceditur,quod tenetur quicunq; reuelare peccatum ſecretum proximi,illi,qui pōt prodeſſe,& non obeſſe,vt latius explicabimus membro.ij.Et eadem ratione intelligitur illa lex, Eum qui. ff. de iniur. videlicet, quod eum qui nocentem infamauit (ſcilicet ordine iuris)

C non

non eſt bonum ob eam rem condemnari.

Ad 2m principale reſpondet, quod præ ceptum fidelitatis ſecreti ſeruandi, reducit ad octauum præceptum, Non falſum teſti monium dices: nam quod non probatur, pro falſo quodammodo habetur in iure.

Ad tertium concedit, quod licet aſtrolo gis, aut de aſtris, aut de cōplexione, aut de phyſiognomia, affectiōes hoīum, & quodā modo peccata in gñe prænunciare, dūmodo fiat ſalua fama alterius: nec certo affirmet, tanquam res manifeſta; vt ſi aſſerat ta lem hoīem, quia tali ſydere natus in tale ge nus virtutum naturam hr̄e temperatā, aut in tale genus vitiorum eam hr̄e corruptā. Et hoc non eſt reuelare occultum crimen, ſed docere quid ſit in natura rerū. At vero in particulari aſſeuerare eū, aut hoc furtū, aut homicidiū patraturum, temeritas eſt.

Et ad cōfirmationē de hiſtoricis, primo non eſt neceſſarium oēs hiſtoricos excuſa re: nam ſunt qui multa ſcribūt, quæ potius eſſent ſilentio prætereunda. Et ſecundo, quamquam multa crimina ſcribant, quæ non eſſent aliàs adeo publica; hoc tñ licet pp bonum publicum, vt hoīes exemplis antiquiorum inſtruantur: & perterreantur. Eo vel maxime, ſi enarrentur hiſtoriæ priſcorum: nam occulta delicta viuentium

in

in publicum efferre, libellum eſſet conficere diffamatorium.

QVÆSTIO III.

Vtrum hominem infamare ſeipſum, reuelando temere proprium crimen, ſit mortale peccatum.

SVMMÆ.

1 *Hominem reuelare proprium crimen temere, & ſine cauſa, peccatum eſt.*

2 *Ex genere ſuo non eſt contra iuſtitiam, ſed ſolum prӕter charitatem, qua quicunque tenetur ſe, & ſua diligere.*

3 *Reuelare proprium crimen ſine cauſa, ex genere ſuo (vt exiſtimo) non eſt peccatum mortale, ſed ſolum veniale.*

4 *Sæpe eſt peccatum mortale, cum quis proprium crimen reuelat.*

5 *Infamare ſeipſum ſæpe eſt officium uirtutis.*

6 *Si quis ſibi falſo imponat crimen, non eſt mendacium pernicioſum, ſed ſolum officioſum.*

7 *Quomodocunque quiſpiam ſe diffamauerit, nō tenetur ad reſtitutionem ſuæ famæ, etiam ſi per mendacium ſe diffamauerit.*

TERTIO quæritur, Vtrum hoīem infamare ſeipſum, reuelando temere proprium crimen, ſit mortale peccatū. Ad

partem affirmatiuam arguit illo præcepto Sapientis recitato, Eccle. 41. Curā habe de bono noīe. Et Iſa. 3. reprehendunt, qui peccata ſua ſicut Sodoma pdicant, nec abſcōdunt. & Pſal. 51. Quid gloriaris in malitia? & Pſ. 93. Vſquequo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem?

Secundo arguitur rōne. Reuelare peccatum eſt contra naturam peccatorum, quæ ſuapte natura, vt diximus, ſunt abſcondenda: Sed quidquid fit contra naturam, videtur eſſe peccatum mortale. Ergo.

Tertiò arguitur. Fama eſt bonum. ergo illam negligere eſt peccatum, quod vr̄ eſſe mortale: nam eſt ꝯ naturam boni, quod oīa ſuapte natura appetunt. Et confirmat. Infamare proximū, reuelando eius crimē, eſt mortale, vt dictum eſt qōne proxi. ergo & infamare ſeipſum. Conſequentia patet ex ordine charitatis, qui in quocunq; hoīe incipit a ſe ipſo. Ad hæc accedit auctoritas Auguſt. in libello, De bono viduitatis, cap. 20. quod refertur. 11. q. 3. c. Non ſunt audiēdi. vbi vehementer increpat illos, qui putāt ſatis habere bonam conſcientiam apud Deum, imprudenter, & crudeliter contemnentes propriam famam; quia nobis, inquit, neceſſaria eſt vita noſtra, alijs vero fama nr̄a. Idē repetit in ſermone, de cōi vita

clericorum,quod habetur.12.q.1.c.Nolo.

In contrariũ eſt,quia vbi nulla eſt iniuria non eſt peccatum mortale: Sed hoĩem reuelare propriũ crimen,non eſt iniuria,quia hoĩs ad ſe nõ ẽ iniuſtitia,vt apud Ari.5.eth. Ergo reuelare ꝓpriũ crimẽ non ẽ mortale.

AD quæſtionem reſpondetur ſeptẽ cõcluſionibus,Prima.Hominem reuelare propriũ crimen temere, & ſine cauſa, peccatum eſt. Concluſio hæc ſatis cõprobata eſt argumentis propoſitis ad partem affirmatiuã:nam eſt & ꝯ naturam peccati, quod dẽt celari,cum ſit malum, & contra naturam famæ,q̃ cum ſit quoddã bonum, conſeruanda eſt.Dixerim, ſine cauſa, quia reuelare crimen proprium ad capiendum conſilium,vel leuandam triſtitiam, nõ eſt aliud quàm operæ preciũ,atq; adeo virtus. *Prima concluſio.*

Secunda concluſio. Ex genere ſuo non eſt contra iuſtitiam,ſed ſolum præter charitatem; qua quicunque tenetur ſe, & ſua diligere.Hæc itidem concluſio in priori q̃ſtione probata eſt : nam iuſtitia , vt inquit Ari.5.Eth.eſt ad alterum : & ideo hominis ad ſeipſum nec iuſtitia eſt,nec iniuſtitia: & volenti,vt ibidem dicit Ariſt. non fit iniuria.Quare,qui prodigus eſt famæ, ex genere ſuo,niſi aliæ qualitates circunſtent, nemini facit iniuriam. *Secunda concluſio.*

Tertia conclusio. Tertia concluſio, Hominē reuelare propriū crimen ſine cā, ex genere ſuo, vt exiſtimo, non eſt peccatū mortale, ſed ſolū veniale. Cōcluſio hæc ſæpe in has ſcholas producta eſt: & ſunt Magiſtri noſtri, qui eā affirmauerunt, & noſtris nos lectionibus eam obiter attigimus: at nōdū hactenus de ſuis penitus principijs eā cōperi ratiocinatam: quapropter in aīo eſt prorſus examinare qd habeat veritatis. Explico primo concluſionē. Reuelare quēpiā ſuū crimen proprium, ex genere ſuo, nihil aliud eſt, q̃ denigrare propriā famā: nā ſi id fiat per iactantiā, aut per cōplacentiā peccatorū, circunſtantiæ ſunt addentes grauitatē ſupra genus peccati infamiæ. Et, vt oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcant, ſententia eſt domini Caietani nobiliſſimi auctoris contraria huic noſtræ, ſuper. 2.2. q. 73. art. 2. quæ complectitur tres propoſitiones. Prima, Hominem infamare ſeipſum, ex genere ſuo eſt peccatum mortale, ſicut occidere ſe ipſum. Et quàm q̃ non ponat exemplū niſi in caſu, quo quis infamat ſe, imponendo ſibi falſum crimen: tamen rationes eius ęquo pede procedunt quando quis præter ius reuelat occultum ſuum crimen: nam generaliter illic, & in sūma, in verbo Detractio. dicit quod infamare ſeipſum eſt mortale, & grauius quàm in

famare alium : & manifeſtũ eſt,ꝙ reuelare propriũ crimen,eſt infamare ſe. Secunda eius propoſitio eſt.Hoc non ſolum eſt cõtra charitatẽ,ſed contra iuſtitiã:nã infamãs ſe,facit iniuriã Eccleſiæ,& reip.cui neceſſaria eſt cuiuſcunq; fama. Vnde colligit,ꝙ nulla de cauſa quis excuſatur a peccato mortali infamando ſe : ẽt ſi poſitus in tormentis infamet ſe,ad liberandã vitã. Tertia propoſitio eius eſt,ꝙ qui infamat ſe, tenet ſibi reſtituere famã : quia illã per iniuſtitiã ſibi abſtulit.At vero,ſalua auctoritate Doctoris grauiſſimi,atq; adeo mihi colendiſſimi,probat̃ in ꝯriũ concluſio noſtra, videlicet,ꝙ hoiem infamare ſeipſum, non ſit ex genere mortale.In primis:non eſt ꝯ charitatem proximi : quia nemini nocet, nec ꝯ charitatẽ propriã:nam charitas,qua quiſq; tenetur ſe diligere,de per ſe,& primo, ſolũ obligat quantum ad bona ſpiritualia virtutum & gratiæ:ſed quantũ ad bona temporalia,non obligat,niſi quatenus ſunt neceſſaria ad finem ſpiritualem. Ergo quando fama mea non eſt ſimpliciter mihi neceſſaria ad virtutem,non eſt contra meam charitatem eam negligere:ſed ſolũ erit præter charitatem,ideſt, contra feruorem charitatis, poſtquam eſt verum bonum.Et ideo ex genere ſuo non eſt niſi peccatum veniale.

Secundo arguitur. Prodigalitas pecuniæ ex genere ſuo, vt ſolũ dicat, ſine cauſa abijcere bona, non eſt peccatum mortale: quia homo habet liberũ arbitrium ſuorum bonorum: ſed ſolum eſſet mortale ex circunſtantia, ſi homo teneretur alere familiam, aut prouidere pauperibus in graui neceſſitate. Ergo neque prodigere famam, neque honorem, ex genere ſuo eſt mortale: quia poſtq̃ fama, & honor ſunt bona exteriora, tam liberum arbitrium habet homo ſuper famam, & honorem, q̃ ſuper alia bona. Hic autem inſinuatur punctum opinionis Caietani: eſt.n. notandum, duo eſſe genera bonorum. Alia namque ſunt, quorum homo eſt dominus, vt ſunt pecuniæ, & facultates exteriores, quas homo pro libito poteſt donare, aut abijcere: quare, ſi ſine cauſa quis abijciat hmõi bona, nõ peccat mortaliter. Sed aliud eſt bonum, cuius homo non habet arbitrium, vt eſt vita: quia non poteſt homo ſe ocidere. Exiſtimat ergo dominus Caietanus, ꝙ honor, & fama ſunt omnino ſicut vita, ita ꝙ homo non habet poteſtatẽ ſuæ famæ: ſed ꝙ ſolus Deus, & Reſpublica habens dominiũ famę: & ideo q infamat ſe, facit iniuriã reipublicę, & tenet̃ reſtituere.

Duo bonorũ genera.

Nos tamen, ſaluo meliori iudicio, cenſemus contra, honorem, & famã eſſe ſicut pecu-

cuniã,quantũ ad hoc:& hoĩem habere arbi
triũ illorum,ſicut pecuniæ, niſi ꝙ in gene-
re venialis,grauius eſſet prodigere famã, ꝙ
eſt maius bonum, q̃ pecuniã.Et mouemur
hac rõne: qa de vita eſt expreſſum p̃ceptũ.
Illo.n.p̃cepto,Non occides,non minus ꝓ-
hibet̃ quiſq; ſe occidere,q̃ alium, vt docet
egregie Auguſt.lib.1.de Ciui.Dei. cap. 20.
Item,de vita legimus ſolum Deum eſſe do
minum illius,vt Deuter.32.Ego occidam,
& ego viuere faciam:& Sap.16. Tu es dñe,
qui vitæ & mortis habes poteſtatem: vnde
colligitur,nos nõ eſſe dominos propriæ vi
tæ.Item,ratio naturalis eſt manifeſta: quia
cum vita ſit fundamentum omnium bono
rum, atque adeo naturaliſſimus appetitus
omnium rerũ ſit cõſeruandi ſe, conſequẽs
eſt,vt homo nõ habeat arbitrium vitæ: ſed
ſolus Deus eſt, qui põt hominem occide-
re,etiam pro libito,& Reſpubl. quæ poteſt
eum occidere ſolũ pro bono publico. Vn
de colligit S.Th.2. 2.q.74.art.5.quod occi-
dens ſeipſum non ſolum facit cõtra chari-
tatem,ſed contra iuſtitiam, reſpectu reipu
blicæ,cuius eſt vita hominis. Sed tamẽ de
fama nihil tale legimus:immo ratio natura
lis oppoſitum docet,videlicet,quod ſit in
arbitrio noſtro,vt ſine pecato mortali poſ-
ſimus illam negligere.Quod profecto, lo-

co

co modo citato. S. Tho. in ſolutione ad tertium, aperte vr̃ ſentire. Ait. n. ꝙ licite põt homo de ſeipſo diſponere quantum ad ea q̃ pertinent ad hanc vitam, q̃ hoĩs libero arbitrio regit; Sed trãſitus de hac vita ad aliã feliciorẽ, non ſubiacet libero arbitrio hoĩs, ſed poteſtati diuinæ: & iõ nõ licet homini ſe interficere: ac ſi aperte dicat: Vniuerſa hoĩs bona ſunt poſita in eius arbitrio, p̄ter vitã: vnde nec famã excipit, nec honorem. Et confirmatur hæc ratio. Quãuis fama, & honor ſint præſtantiora bona ſuapte natura, quam pecunia & facultates: nihilominus magna copia pecuniæ in ciuili æſtimatione præualet alicui famæ: quemadmodũ, licet aurum præſtet argento, nihilominus magnũ pondus argenti præualet paruo auro. Quis dubitet decem millia ducatorum pluris æſtimanda eſſe, quam famam priuatæ perſonæ? Si ergo homo habet liberũ arbitriũ ſupra magnã pecuniam, conſequens eſt, vt habeat arbitrium ſupra famam ſuam, & honorem. Secundo confirmatur ratio. Fama poteſt pecunijs recompenſari, vt Doctores conſentiunt in 4. d. 15. Immo homo pauper rationabiliter mallet reſtitutionẽ famæ ſibi fieri pecunijs, quam recuperationem famæ: immo verò habet infamatus arbitrium remittendi gratis reſtitutionẽ fa-

mæ,vt cōcedit ēt Adr. nobilis auctor in 4. q.De reſtitutione famæ, & in Quol. 11. ſicut pōt homo remittere latroni pecunias, quas ei deprędatus eſt. Ergo habet homo arbitriū,& poteſtatē ſuper famā, vt ſit vere dn̄s illius,ſicut & aliorū bonorū exteriorū.

Sed tertio probatur cōcluſio principal. Chriſtus redemptor noſter,Matth.5.docet nos cōtemnere tria bonorū genera, in quibus gentes ſtatuebant felicitatem:ſcilicet, diuitias:Beati pauperes ſpiritu: & ſecundo famam & gloriam mundi,Beati mites, & tertio,voluptates:Beati qui lugent. Nec illic ſolum, ſed vbique Euangelij frequentiſſimū eſt conſilium mundi contemnēdi: & tamen omne quod eſt in mundo, vt inquit Io.in 1.can.ca.2. concupiſcentia carnis eſt, ideſt,voluptas ſenſuum : aut concupiſcētia oculorum,ideſt,auiditas diuitiarū, aut ſuperbia vitæ,ideſt,ambitio honoris,& famę. Ergo conſilium eſt ex genere ſuo honorē & famam nihili pendere,tantum abeſt vt ſit mortale peccatum famam negligere.

Quarto arguit principaliter. Si eſſet peccatum mortale reuelare proprium crimen ſine cauſa,eſſet pari ratione mortale nō reſpondere detractoribus,& obijcientib. nobis publicè,& iniuſte peccata noſtra : nam certe perinde eſt, non reſpondere diffaman-

manti me, cum facile poſſim, ac ſi me ipſe diffamaſſem: ſicut perinde eſt, non reſiſtere latroni, cũ poſſim, ac ſi prodigerẽ bona mea: at cũ quis detrahit mihi, non teneor reſpondere, immo eſt in arbitrio meo tacere, vt dicit S. Th. 2.2. q. 73. art. 4. ad primum arg. Immo vero, licet quis mihi falsũ crimẽ imponat, non teneor reſpondere, niſi eſsẽ ego perſona publica, aut crimen eſſet ꝯ religionẽ, vt ſi quis me appellaſſet hæreticũ. Exemplũ dedit nobis Xp̃s redẽptor noſter qui, vt inquit Apo. 1. Pet. 2. cũ malediceret, non maledicebat. Et p̃ter alia loca Euãgelij, q̃ plurima notari poſſent, id maxime exhibuit in paſſione, Matt. 27. vbi cum multa falſa teſtimonia ei obijcerent, & Pilatus dixiſſet: Non audis quãta aduerſum te dñr teſtimonia; tñ non reſpondit ei vllum verbũ, ita vt miraretur Pręſes vehemẽter: nempe, quod nollet ſe compurgare, cum facile poſſet. Et quamq̃ neceſſariũ erat ad finem redemptionis, vt nõ reſponderet: tamen id etiam fecit (ꝙ notant Doctores) vt exemplum nobis daret non reſpondendi maledicentibus. Vnde in inſtructione Apoſtolorum, Mat. 5. Beati, inquit, eritis cum maledixerint vobis hoĩes, & perſecuti vos fuerint, & dixerint oẽ malum aduerſum vos, mentientes propter me. Et explicatur amplius

plius hæc ratio. Si nõ eſſemus magis domini famæ noſtræ, quam vitæ, ſequeret̃, quod quotieſcunq; poſſemus famam noſtrã defendere ſine proximi nocumento, mortalis eſſet omiſſio defenſionis: conſequens eſt falſum, ergo & antecedens Probatur ſequela. Nã qui ſine cuiuſpiã detrimento poteſt vitam defendere, ſi non defendit, mortaliter peccat: vt qui ruente domo, aut inuadẽte tauro, non fugeret: nam ille tunc virtualiter ſe occideret. Sed falſitas conſequẽtis probat̃: quia dũ priuata perſona diffamat̃, quamq̃ ſe poſſet cõpurgare ſine infamia, & detrimẽto alterius, nõ tenet̃ ſaltẽ ſub peccato mortali cõpurgare ſe, vt iã mõ dicebamus; quia põt cedere iuri ſuo; quemadmodũ poſſet cedere latroni inuadenti res ſuas.

Et quinto arguitur. Si nõ eſſemus domini propriæ famæ aliter, quàm vitę, ſequeretur quod nulla ratione poſſemus exponere famã, nec propter ſalutem ſpiritualẽ, cõſequens eſt falſum ergo & antecedens. Sequela probatur. Nã quamq̃ quis certus eſſet vitã nocere ſibi ad ſalutem ſpiritualem, nullo modo poſſet ſe occidere, aut ſine alia ratione permittere homicidiũ ſui, vt Auguſt late docet. 1. de ciui Dei. c. 20. Sed falſitas conſequentis probatur. Nam proculdubio, quicunque cognoſcens præclaram

famam, & honorem ſibi plurimũ nocere ad vitam ſpũalem, poſſet permittere propriam infamiã:atqui forſan ad illum finem poſſet detegere aliqua ſua crimina, vt per infamiã humiliatus,tutius viueret: ſaltẽ nõ eſſet mortale ea detegere.Imò,Scot.4.diſt. 15.q.3.art.2.vr̃ inſinuare, qđ occultus homicida debet ſe prodere, vt puniať:nam dicit,qđ debet patiẽter tolerare pęnã taliõis: quia aliter nõ poteſt fieri plena ſatisfactio pro homicidio.Neſcio an intelligat; quod homicida tenetur ſe prodere.Quod tñ ego nullo mõ crediderim: quia nullus reus tenetur eſſe actor aduerſus ſe extra ſacr̃m:immo nec illud eſſet conſilium.Sed tñ forſan citra peccatum mortale,poſſet ſceleroſiſſimus, & pernicioſiſſimus homo prodere ſe Iudici cũ periculo famæ,& vitæ,vt pateretur pęnam,de qua Deo,& reipub. ſatisfaceret.Id maxime ſi non ſperaſſet alia ſe vnquam via corrigendum fore.Et confirmať, Quia ſi non eſſemus magis dñi famæ, quã vitæ, ſequeretur quod nulla rõne poſſemus extenuare, aut minuere famam,nec pp vitam ſpiritualem; ꝯñs eſt falſum. ergo & antecedens.Probatur ſequela, quia non licet, nec propter opera pęnitentiæ ad ſatisfactionem pro peccatis, minuere vitam, ſecundum illud Hieronymi; Non

differt

differt vtrum magno, vel paruo tpe te inte rimas. Sed falſitas conſequentis probatur: q̇m̄ licitum eſt opera pœnitentiæ auſteriſſi ma facere, vt admonet Io. Mat. 3. quamquā inde coniectari poſſit hmōi pœnitētē peccatorem, eſſe in genere. Atqui ſacerdotes poſſunt pro grauiſſimis ſcęlerib. graues pœnitentias imponere (quamquam inde ſumat argm̄, quod pœnitens in gn̄e eſt peccator) dummodo caueat ne reuelet peccatū in particulari. Immo vero qn̄ in primitiua Eccleſia pro graui peccato mortali imponebat ſeptenniū pœnitentiæ, quis dubitat per illas pœnitentias quodāmodo diffamatos eſſe pænitentes? Quare, ſi fama tā eſſet cuſtodiēda, quā putat oppoſita opinio, certe Eccleſia numquā illas pn̄ias permiſiſſet.

Et ſexto principaliter arguit̄ ab honore ad famam. Honor enim eſt reuerentia, quę alicui deferr̄ pp aliquam excellentiam: ſed fama eſt bona exiſtimatio, quæ de hoīe hr̄, ſeu illæſæ dignitatis ſtatus, morib. & legib. comprobatus ff. de va. & extraord. cogni. l. Cognitionum. Arguitur ergo. Negligere honorem, & gloriam mundi, non eſt ex genere ſuo peccatum mortale. Ergo nec negligere famam. Conſequentia eſt nota: quia idem fere iudicium eſt vtriuſque. & probatur antecedens. Nam qui aſſumeret

ad amplas dignitates,& magiſtratus, & totis virib. renueret: imò qui,quas hr̃et, abijceret, & ad vilem ſtatum ſe ſummitteret, profecto nihil aliud faceret, quã euangelicum conſiliũ,& qui hoſtẽ fugeret,cũ ſe facile poſſet defendere: & qui ſe prædicaret infami gñe natũ,cum id poſſet celare,profecto prodigus eſſet honoris; & tñ non condemnaret de pèccato mortali: nec vllus ſe vnquam de hoc accuſauit in ſacro:aliàs deberent Prædicatores in concionib.exhortari populũ,vt curã haberent honoris: qđ eſſet contra prædicationem euangelicam.

Et ſeptimo principaliter probat̃ cõcluſio exemplo ſanctorum, qui errata ſua ſæpe ſcriptis prodiderunt, quæ tñ potuiſſent celare,vt Auguſt.tum alibi ſæpe,tum in cõ feſſionibus:& maxime li.2.c.2.vbi deplorat concupiſcentiam carnis, quàm paſſus eſt in adoleſcentia. Rapiebat,inquit, caligo libidinis imbecillem ætatem per abrupta cupiditatum, atq; merſabar gurgite flagitiorum:ibã longius a te,& effundebar, & diffluebam, & ebulliebam per fornicationes meas,& tacebas.Et Ambroſius, vt in eius legitur vita, publicas mulieres publice ad ſe ingredi fecit,vt viſis his,diffamaret̃ apud populum,atque adeo, vel illa ratione impediret,ne eligeretur in epiſcopum. Et religio

ligioſiſſimus Anſel. ī meditationib. deplo-rat amiſſam turpiter virginitatē. O virginitas, inquit, iā non dilecta mea, ſed perdita mea: o fornicatio ſordidatrix mentis meę, perditrix aīæ meę. Et ſunt qui idē impingāt Hieronymo: at vero Hierony. id non plane teſtat̄, Verba eius ſunt in apologia ad Pāmachium: Virginitatē in cęlum fero, non quia habeā, ſed quia magis miror q̄d non habeo. Ingenua, & verecunda ꝯfeſſio eſt, quo ipſe careas, id in alijs p̄dicare. Vbi non manifeſte confitet̄, ſe non eſſe virginē: ſed dicit, ſe nō laudare virginitatem, eo quod ipſe habeat, vel negat ſe h̄re perfectā m̄etis virginitatē, cū frequentes impulſus carnis fuerit ēt in ſenectute perpeſſus: vt ipſe fatetur ad Euſtochiū, de cuſtodia virginitatis.

Octauo, & poſtremo probatur cōcluſio, ex vſ̄i ſenſu hoīum. Nam, licet quis pandat crimina ſua, ēt ex animi leuitate; modo id non faciat iactantia, aut complacentia peccatorum; certe non cenſetur ab hominib. mortaliter peccaſſe, niſi inde ſequatur periculum vitæ, aut ſcandalum.

Quarta cōcluſio. Sæpe eſt peccatū mortale, cū quis proprium crimen reuelat. Primo, ſi id faciat per iactantiam, aut complacentiam peccati. Par enim peccatū eſt homicidium, & complacentia in homicidio: *Quarta cō-cluſio.*

atque adeo grauius iactantia illius. Et hoc clamant illæ auctoritates primi argumēti ex Iſaia, & Pſal. Secundo pōt eſſe mortale rōne ſcandali: vt ſi quis haberet, & ſuſpice retur, vt ſanctiſſimus, & reuelaret grauiſſima ſua peccata, vnde alij, aut ſumerent occaſionem peccandi, aut contemnendi tale genus hoīum. Si enim eſſet religioſus alicu ius Ordinis, contemneret ille Ordo. Et tertio pōt eſſe mortale pp conditionem perſonæ: Vt ſi eſſet perſona valde neceſſaria reipublicæ; vt prælatus; cuius officiū alius tam digne gerere non poſſet: tunc.n. profecto graue peccatum mortale eſſet infamare ſeipſum. Et quarto eſſet mortale, ſi ex reuelatione proprij ſecreti, quis incurreret periculum vitæ: vt Sanſon vr̄ mortaliter peccaſſe reuelando myſteriū capillorū Dalilæ, vbi abſcōdita erat eius fortitudo, Iud. 16. quāquā poſtea occidendo ſe cū hoſtib. non peccauit: vt dicit Aug. 1. de ciuita. Dei. c. 21. quia inſtinctu id fecit Spiritus ſancti.

Quinta cō cluſio. Quinta concluſio: Hominem infamare ſeipſum, ſępe eſt offm̄ virtutis. Primo, vt dictum eſt, ad capiendum conſilium, vel leuandam triſtitiam, ſi aliter fieri non pōt, decet reuelare propria crimina, licet ſit nonnulla infamia, illa eſſe amicis nota. Et ſecundo ratione iuſtitię, vt cum quis proximum

falſo diffamauit, tenet publice ſe retractare, cũ periculo propriæ famę. Et tertio eſſet officiũ virtutis, qđ quis ſe permitteret infamari pro amico: Vt ſi ego feci crimen, ꝙ falſo imponit amico meo, quãquã eſſet caſus, in quo non teneor reuelare meum crimen; quia videlicet non fui cã, vt alteri attribueret, tñ poſſum cedere iuri meo, & prodere me ad protegendum famã amici. Imò vero, ſi econuerſo amicus meus feciſſet crimen, quod falſò mihi impingit, quãuis poſſem me cõpurgare, liceret nihilominus mihi tacere, vt infamia mea cuſtodirẽ famam amici: ſicut licet ponere vitam pro amicis, ſecundum illud Io. 15. Maiorẽ hac charitatem nemo habet, quã vt aĩam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Concluſio hæc quinta facile probat: quia in omnib. caſib. poſitis eſt honeſta cã reuelandi crimina: & ideo nulla eſt prodigalitas reuelare. Et quarto, pari rõne illi, qui in eculeo vehementer torquetur, licitum eſt crimen occultum confiteri, ẽt ſi ꝯ ius interrogetur, ſi aliter tormenta vitare nõ põt. Sed de hoc latior erit ſermo in calce tertij membri.

Sexta concluſio. Si quis ſibi falſo imponat crimen, non eſt mendaciũ pernicioſũ: ſed ſolum officioſum. Hanc concluſionẽ obiter adnotauerim, bona venia reueren- *Sexta concluſio.*

diſs. Card. Caietani contrarium aſſerentis loco citato. Et probat. Qui falſo ſibi crimē imponit, nulla alteri facit iniuriam, nec ſibi: quia volenti non fit iniuria: ſed ſolū eſt famę prodigus. Quo fit, vt illud mendaciū, ex genere ſuo, non ſit peccatum, niſi veniale, ſed eſſet mortale, ſi circunſtaret aliquis caſus quartæ concluſionis, aut ſi diceretur mendacium ſub iurō, aut ſi eſſet in periculum vitæ. Sed forte ſi quis ſibi imponeret falſum crimen, vt ſeruaret vitā patris, & pęnam eius capitis in ſe transferret: dummodo id faceret ſine iurō, & ſcandalo &c. non eſſet mortale. Quod, ſi quis arguat ꝯ hanc concluſionē ex verbis Aug. 1. de ciui. Dei. c. 20. vbi dicit, quod falſi teſtimonij nō minus reus eſt, qui de ſeipſo falſum fatetū, q̄ ſi aduerſus proximū id faceret, ſed aduerſus proximū, falſum teſtimonium eſt mortale, ergo aduerſus ſeipſum. Reſpondet, quod Auguſt. ſolū ꝑtendit, quod illo octauo præcepto, Non falſum dices, prohibet oē falsū teſtimonium, ēt illud quod quiſpiā aduerſus ſe dicit, ſicut illo præcepto, Non occides, prohibetur ēt quicunque ſe occidere, quod nos ingenue fatemur: tamen nō prætendit, quod tātum ſit de ſe peccatū, cum quis dicit falſum aduerſus ſe, ſicut aduerſus proximum. Nam, quamquam falſum te-

ſtimo-

ſtimonium ex genere ſuo ſit mortale, quia omnia præcepta decalogi obligāt ſub mortali: tñ in indiuiduo non eſt neceſſe quodcunque eſſe mortale, niſi vbi eſt iniuſtitia, qualis non eſt hominis ad ſeipſum. Eſſet tamen mortale, ſi eſſet cum periurio, aut cũ conditionib. explicitis in quarta concluſ.

Septima, & vltima cõcluſio. Quomodo cunq; quiſpiā ſe diffamauerit, non tenetur ad reſtitutionem ſuæ famę, ẽt ſi per mendaciũ ſe diffamauerit. Primo, quia nemini fecit iniuriā: & ſcđo, quia ſi alicui deberet famā: nõ deberet niſi ſibi, qui eſt dominus illius: ob idq; põt ſibi reſtitutionẽ remittere. *Septima concluſio.*

Ad primum arg. principale reſpondetur primo, quòd præceptum illud Sapientis: Curā habe de bono nomine, non ſonat obligationem ſub reatu mortali: nam comparat bonum nomen pecunijs: & præceptum de cuſtodia pecuniarum, non obligat ſub mortali: quia prodigalitas ex genere ſuo nõ eſt peccatum mortale, cum non ſit contra iuſtitiam, vt colligitur ex S. Th. 2.2. q. 119. Et ſecundo reſpondetur, quod præceptum, & conſilium cuſtodiendi famam, hoc modo intelligitur, vt quis ſatagat exercere ſe officijs honeſtis virtutis, quæ digna ſunt fama, & honore apud Deum, & homines: ſecundum illud, Matth. 5. Sic luceat lux veſtra

coram hominibus,vt videant opera veſtra bona &c.Et ſecundum illud Apoſt. Phil.4. Quæcunq; ſunt vera,quæcunque ſunt ſancta,quæcunque bonæ famæ,hæc cogitate. Nō tamen eſt præceptum, ſaltem obligās ſub mortali ad cuſtodiendum famam, in ſe conſideratam,tanquam bonum temporale. Fama etenim,atque honor (vt inquit Saluſtius) eſt vmbra virtutis: vnde ſicut illum, qui recta pergit ad ſolem vmbra etiam inuitũ, ſequitur: ſed qui ſoli tergum vertit, vmbram ſequit̃,q̃ nunquam attinget: ita eum qui virtutem colit, bona fama cōſequitur: ſed qui anxie poſt famã,& honorem currit fieri non poteſt vt conſequatur vnquam.

Ad alias auctoritates Iſa.& Pſalmiſtæ, reſponſum eſt in quarta cōcluſione,cōcedendo eſſe mortale, ꝙ qs iactet ſe de peccato.

Ad ſecundum principale reſpondetur, quod quàmq̃ negligere,& prodigere propriam famam ſit contra naturam boni temporalis; non tamen eſt contra charitatem, niſi quando fama eſt neceſſaria ad finē ſpiritualem: nam iocoſum mendacium contra naturam eſt, tamen veniale. Et eodem modo reſpondetur ad tertium argumentum. Et ad confirmationem negatur conſequentia: Nam hominē infamare proximum, eſt contra iuſtitiam: ſed infamare ſeipſum, nulla

la eſt iniuſtitia. & ordo charitatis inter ſeipſum,& aliũ dẽt attendi,quantũ ad bona ſpiritualia: ſed tñ tpalia nullus ſibi tenet magis concupiſcere,q̃ alij. Ad auctoritatẽ tandẽ Aug.q̃ vr̃ vehemẽter pugnare aduerſus ſecundã,& tertiã,& vltimam concluſionẽ. (Videtur.n.ſentire, quod conſeruare propriam famam,ſit opus iuſtitiæ, quia eſt neceſſaria alijs:& quod ſit proinde mortale illam negligere, atque adeo,quod infamans ſe,teneatur ad reſtitutionem.) Reſpõdetur primo, quòd Auguſt.loquitur illic de ſanctiſſimis quibuſdam mulieribus,quæ a populo venerabantur vt religioſſimæ, & tamen negligebant famam ſuam,putãtes eſſe virtutem vt ęſtimarentur malæ,& vilipẽderentur.Et hoc condemnat Auguſt. ratione ſcãdali,ꝙ dabant populo:ſcandalum.n. erat,quod mulieres,quæ prius æſtimabantur religioſæ,crederentur poſtea peccatrices:& maxime in primitiua Eccleſia cauẽdum erat chriſtianis,ne darent ſcandalum gentilibus,quãdo infamia vnius chriſtiani cedebat in infamiam totius chriſtianitatis. Et ſecundo reſpondemus, quod Auguſtinus intelligit famam noſtram eſſe neceſſãriam reipublicæ,ſicut ſunt bona exteriora: puta,quando reſpublica, & proximi indiguerint. Vnde, ſicut non teneor ſeruare

diuitias,vt ſeruiã reipublicæ, aut ſuccurrã proximis:ſed ſolum teneor,quãdo illas habeo,ſuccurrere proximo in neceſſitate: ita nec teneor,ſi ſum perſona priuata, cuſtodire famam,& honorem meum.Et quemadmodum prodigus bonorum ſuorum nõ tenetur reſtituere reipublicę, ita nec ꝓdigus ſuæ famæ.Sed quid ad Paulum,quem adducit illic Aug. 1.Cor.10. Placet oĩbus per omnia,ſicut & ego omnib.per oĩa placeo:non quęrens ꝙ mihi vtile eſt,ſed ꝙ multis,vt ſalui fiant. Reſpondet,ꝙ Paulus erat Apoſtolus: quapropter ex officio tenebat̃ habere bonã famam,& idẽ præcipiebat cęteris prę latis:ſed priuatæ perſonæ ſolũ tenent̃ habere bonam famã faciendo opera digna honore,& fama.Et hæc de primo membro.

MEMBRVM II.

IN hoc membro ſecundo, iuxta partitionẽ huius operis,inueſtigaturi ſumus cauſas, quibus quiſpiam tenetur ſecreta reuelare, pæſertim ſecreta crimina: nam de his eſt intentio huius ſecũdi membri.Sed ante titulum quęſtionis primæ,pro diſtributione diſputationis,notandum eſt,

tres eſſe genere vias:quib.ad cognitionem occultorum criminũ iure procedĩt, vt habet de accuſa.c.Qualiter & qñ.2.§.ad corrigendos.& c.licet Hely.de ſimo. Quæ ſunt, denunciatio,accuſatio,& inquiſitio:q̃ ſecũdũ varios modos occulti criminis diſcernũtur. Vbi ſcđo adnotandũ eſt, Doctores Decretorũ, ac Digeſtorũ multifarie diſtinguere nomen,occultũ,vt refert Panor. ca. Ex literarũ.de temporib.ord.ſed ex profeſſo c.Veſtra.de coh.cle.& mul. At omiſſa, turba citationũ,trib.modis aliquod crimẽ dr̃ occultũ in iure. Primo,vt opponit probabili:ſecundo,vt opponit publico:& tertio,vt opponit notorio.Nã auctore Ariſt.1. Topi. c.13, Aequiuocũ ex conſideratione contrariorum cognoſcitur. Notorium dr̃ bifariam,aut notorietate iuris,aut notorietate facti.Notorietate quidem iuris, quando aut manifeſtiſſima Iudicis ſentẽtia, quis damnatus eſt de tali crimine,quæ nulla ratione poſſit inficiari:aut quando reus ipſe recto ordine iuris crimen confeſſus eſt:aut quando idoneis teſtibus ita comprobatur, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. Notorietate vero facti, quando quis in cõſpectu populi ſcelus patrauit:ita vt vno verbo dicat notoriũ, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt,vt habetur.c. Tua nos.de coh.

Tres uiæ cognoſcendi crimina.

Occultum triplex.

Notorium

Publicum. cler & mul. Publicũ vero, quãuis ẽt accipiatur pro notorio: tñ vt diſtinguiṫ a notorio, accipiṫ pro eo, ꝙ fama publica proclamatũ eſt, q̃uis poſſit aliqua tergiuerſatione celari, & alio noĩe dr̃ famoſum. Et vtrunq; tam notoriũ, quã publicum, dr̃ ẽt manifeſtum. Sed probabile eſt illud, cuius ſunt legitimi *Probabile.* teſtes, vt in iudicium deferri poſſit. Occultum ergo in primo gradu, & ſimpliciter, eſt illud ꝙ opponitur probabili, ideſt, cuius non ſunt legitimi teſtes: & de hmõi. occulto intelligitur illud Vrbani. c. Erubeſcant. diſt. 32. Secretorum & cognitor Deus, & Iudex eſt: nam de his non eſt iudicium humanum. Occultum in ſecundo gradu eſt illud quod opponitur publico ſimul & notorio, quamquàm ſit probabile: itaque occultum dr̃, quidquid ab Eccleſia toleratur, vt habetur in d.c. Veſtrà, de cohab. cle. & mul. Notorium.n. aut publicum non toleratur: quia notorium ſtatim punitur, & publicum inquirendum eſt, vt puniatur. Occultum in tertio gradu, quod large dicitur occultum, eſt illud ꝙ aliqua tergiũerſatione celari poteſt, licet laboret infamia. Igiṫ peccata notoria nõ indigent aliqua via vt cognoſcantur: quia ſatis cognita ſunt vt puniantur. De quibus ait Apoſto. 1. Tim. 5. Quorundam hominum peccata manife-

ſta ſunt, præcedentia ad iudicium: & 2.q.1. c. Manifeſta. & ſequentib. Manifeſta crimina accuſatione nō indigent: & gloſſa Auguſtini ſuper illud Geneſis. 4. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra: Euidentia, inquit, patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris, de accuſ. c. Euidentia. Quocirca ſecundum tria genera occultorum, ſunt tres viæ cognitionis. Quod. n. occultum eſt in primo gradu, cognoſcitur ſolum via correptionis fraternæ, & denunciationis euangelicæ: ſed quod occultum eſt ſecundo modo, eſt materia non ſolum correptionis, ſed etiam accuſationis: quod tamen occultum eſt tertio modo, materia eſt, & correptionis, & accuſ. & inquiſitionis. Itaque inquiſitio ſolum eſt de crimine, cuius percrebuit infamia: ſed accuſatio, de omni crimine probabili: ſiue laboret infamia, ſiue non: & correptio, & denunciatio euangelica, de omnibus, etiam occultis. De his ergo trib. vijs dicturi ſummus in hoc ſecundo membro. Sed de denunciatione loquemur ſub nomine fraternæ correptionis: quod in vſu doctorum frequentius eſt. De qua, quatuor operæ precium eſt diſpure quæſtiones: nempe an correptio ſit ſub præcepto, quādo obliget hoc præceptum, quos obliget, & quo ordine.

MEM-

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum correptio fraterna ſit ſub pręcepto.

SVMMAE.

1 *Correptio fraterna eſt ſub præcepto naturali, diuino, & humano.*

2 *Præceptum correptionis fraternæ obligat ſe ex genere ſuo ſub reatu mortali.*

3 *Maior eſt obligatio correptionis, quam eleemoſynæ corporalis ex genere obiecti: minor tamen ratio neceſſitatis.*

4 *Non cenſeretur hæreticus, qui negaret eſſe præceptum particulare correptionis, ſaltem datũ Matt. 18. priuatis perſonis: eſſet tamen hæreticum dicere, quod non comprehenditur ſub generali pręcepto charitatis, & eleemoſynæ.*

PRIMO quæritur, Vtrum correptio fraterna ſit ſub præcepto.

Ad partẽ negatiuam arguitur primo. Nemo obligatur ad impoſſibile, ſecũdum illud Hieronimi: Maledictus qui dicit Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe: At

corre-

correctio peccatoris non eſt in ptāte hoīs, ſed ſolius Dei, qui cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Ro. 9. vnde Io. 6. Nemo pōt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. & Eccl. 7. Cōſidera opera Dei, qđ nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. Ergo correctio fraterna nō eſt ſub pcepto.

Secundo arguitur. Præcepta, quæ ſunt erga proximos, ſunt propter eorum neceſſitatem: Sed nulli peccatorum neceſſariū eſt, vt ab alio corripiatur. Ergo correptio non eſt ſub præcepto. Probatur minor. Nā cuiuſcunq; correctio, & emendatio in ſua ipſius eſt poteſtate cum ſolo auxilio diuino: Deus enim conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui, Eccl. 15. Ergo nullus indiget auxilio alterius, vt ſeruetur a morte ſpirituali, quemadmodum indigent homines aliorum auxilio, vt ſeruentur a morte temporali.

Tertio arguit. Oīa præcepta neceſſaria ad ſalutē, vt dictum eſt. q. 2. mem. 1. reducūtur ad aliquod præceptorū decalogi: Sed non apparet quo illorum decem præcipiatur correptio fraterna. Ergo correptio fraterna non eſt ſub præcepto. Et confirmant hæc argumenta: quia rariſſimi ſunt, qui æſtiment tanquam peccatū, omiſſionem correptionis, nec eſt vſus, vt homines in ſa-

cra-

cramento confeſſionis huiuſmodi peccati meminerint.

In contrarium eſt præceptum Redemptoris noſtri, Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum & 1. Teſſal. 5. Corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, &c.

Correptio & correct. HIc primum oĩum notandum eſt, qđ quamquã correptio, & correctio ꝓmiſcue ſæpe pro eodem accipiantˉ: differt tñ inter hæc noĩa, quod correptio eſt via ad correctionẽ: correctio vero, finis correptionis: qđ & Auguſt docet. 1. de ciui. Dei. c. 9. dicens: Nolunt quidam plerunq; corripere, cum fortaſſe poſſint aliquos corripiẽdo corrigere. Vnde, qđ frater corrigatˉ, non eſt in ptãte corripientis: & iõ correctio nõ eſt in præcepto, ſed correptio. Nam teſte Ariſt. 1. Top. c. 2. Nec rhetoris eſt perſuadere, nec medici ſanare: ſed nihil eorũ omittere, quæ ſunt neceſſaria. Aliter diſtinguit S. Tho. inter hæc noĩa, in 4. di. 19. q. 2. art. 1. ſcilicet, quod correptio ſit fratris ad fratrẽ: correctio vero, eſt prælati reſpectu ſubditorum. Sed eodem ferme redit: nã correctio eo proprie attribuitˉ prælatis, quod habent vim coactiuam, qua poſſunt vſq; ad correctionem vel punitionem corripere.

Secundo, vt ex collatione harum viarũ per

perſpicacius de ſingulis iudicemus,notanda ſunt illa, quib. differt inter correptionē fraternam,& accuſationem,& inquiſitionem.Et quia,vt auctor eſt Ariſt. Ethi. 7.Vt principium in ſpeculabilib. ita ſe habet finis in operabilib.atq; adeo, actus morales a fine ſortiuntur ſpeciem, vt idem docet in 5.Eth.a fine operęprecium eſt exordiri.

Differt ergo primo correptio fratrē ab accuſatione,& inquiſitione,fine. Nā finis correptionis eſt bonum priuatū particularis perſonæ:ſed finis accuſationis, & inquiſitionis eſt bonum publicum. Enim vero, homo conſideratē primo,vt ſingularis perſona:& ſecundo,vt membrum reipublicę. (Sumus n.vt ait Apoſt.1.Corínt. 12. vnius corporis membra) quare crimen cuiuſcunque hominis ambabus rationibus, malum eſt:& quia homini proprie nocet, & quia in perniciem Reipublicę generaliter effunditur. Quocirca, correptionis fraternæ finis eſt correctio, & recuperatio fratris: qđ illo verbo Euangelico inſinuatur:Si te audierit,lucratus es fratrem tuum:ſed accuſationis& inquiſitionis finis eſt publica punitio:vt pœna publica vnius,terrori ſit cæteris,ſecundum illud Beati Pauli.1.Timotheo quinto. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. *Finis correptionis.*

Hoc

Hoc enim differt inter pœnam huius vitę, & pęnam æternam inferni; nam pęnę huius vitę non per ſe expetuntur, nec debent infligi pp malum hominis, ſed in quantũ ſunt medicinales, vel ipſi cui infliguntur, vel alijs, at pęna inferni non eſt medicinalis, ſed ſolum eſt in malum, & ſupplicium damnatorum, propter bonum iuſtitiæ; tametſi in hac vita nos iuuet ad terrorem.

Et ex hac prima dĩia naſcitur ſecũda, vt rõcinatur S.Th.2.2.q.33.art.1. quæ ad euidentiam dicendorum præcipuũ habet fundamentum. Correptio fraterna differt ab accuſatione, & inquiſitione, gñe uirtutis. Nam correptio fraterna eſt actus, & offm̃ charitatis, accuſatio vero, & inquiſitio sũt opera iuſtitiæ. Quod, ſi perconteris, an ſit actus proximus, &, vt dicunt immediatus charitatis. Rñdetur, qđ non eſt niſi actus pximus, & immediatus miſericordiæ, q̃ eſt ſpecies, & effectus particularis charitatis, nã benefacere fratrib. eſt gñale offm̃ charitatis, ſed benefacere ſpãliter ad leuandum miſeriã eſt ſpecies, & effectus particularis charitatis, vt docet. S.Tho.2.2.q.31. Et cum peccatũ ſit ſumma inter miſerias hoĩum, ſit, vt corripere peccatorẽ, ſit pcipuũ opus miſericordiæ, poſt illud qđ eſt, remittere peccatũ inimico. Vnde Albinus (qđ eſt in

Correptio actus eſt charitatis.

De-

Decretis.d,45.)Tria,inqt, ſunt gña eleemoſynarũ. Vna corporalis, egẽti dare quidqd poteris:altera ſpũalis,dimittere a quo lęſus fueris:tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis:eleemoſyna vero græce,idem eſt qđ miſericordia. Et hoc mõ correptio eſt opus charitatis, quod ſignificant illa verba,Hebr. 12.Deus quos diligit,corrigit:imò, & illa:Si peccauerit in te frater.nam nomen frĩs affectum explicat charitatis,& inde ſumptum eſt nomẽ,correptio fraterna,ad dñiam correptionis , & caſtigationis p̃lati per accuſationẽ, aut inquiſitionem , quæ dicitur iudicialis.

Quod ſi arguas ꝙ,correptionem eſſe potius actum iuſtitiæ, ex gloſſa illa Rabani, Matth.18.Peccantem zelo iuſtitiæ corrigamus.Reſpondet S.Thom.2.2.q.33 art.1.qđ vel loquitur de correptione prælati , quæ eſt actus iuſtitiæ:vel loquitur de iuſtitia,vt eſt generale nomen oĩum virtutum . Sed forſan Rabanus voluit inſinuare , quod licet corripere peccatorem ſit opus miſericordiæ:tñ,ſi comparẽtur ad hoc , quod eſt parcere pęnitenti , habet quodammodo ſpeciem iuſtitiæ.Ait.n Peccantem zelo iuſtitiæ corrigamus,& pęnitenti viſcera miſericordiæ pandamus. Et licet vtrumque ſit opus miſericordię, tamen cõdonare pecca

ta eſt mera miſericordia: ſed corripere, & arguere hēt aculeū iuſtitiæ. Diſtinctio Archidiaconi, c. Si peccauerit. 2. q. 1. videlicet, quód quatenus correptio ordinat̄ ad emēdationē fratris, eſt opus charitatis: ſed quatenus ordinatur ad exemplū aliorum, eſt opus iuſtitiæ, ſine rōne conficta eſt. Sed de Archidiacono non faciemus amplius mentionem, nam ſi hr̄ pro oraculo in hac materia, eſt, quia ad lr̄am, nec iota mutato, transfert oēs octos articulos S. Th. 2. 2. q. 33. Ex his duab. differentijs ſequit̄ alia, quod correptio per accuſationem, & inquiſitionem habet vim coactiuam, & coerciuam, quæ proinde ſolis prælatis, & magiſtratib. incūbit: ſed fraterna correptio oīs in vniuerſum obligat, vt q. 3. manifeſtabimus. Ex his tandem colligitur definitio correptionis fraternæ; quæ eſt apud Albertum, & apud S. S. Tho. in 4. diſt. 19. Correptio fraterna eſt admonitio fratris de emendatione delicto rum, ex fraterna charitate: vbi exprimitur & finis, & genus virtutis.

Correptio fraterna.

Prima cōcluſio.

His præiactis, reſpondet ad qōnem quatuor concluſionibus. Prima. Correptio fraterna eſt ſub præcepto naturali, diuino, & humano. Concluſio eſt receptiſſima cunctis Doctorib. & Theologis, & Iuriſconſ. vt ſunt Altiſiod. li. 3. tract. 25. c. 1. S. Th. 2. 2.

q. 33.

q.33.ar.2.Ricar.& cæteri Sententiarij in 4. diſt.19.Pan.& Canoniſtæ,c.Nouit.de iud. & c.Si peccauerit.2.q.1.Quam concluſionem tenet ẽt illic Innocen.tametſi Panor. falſo intellexerit eius mentem. Verba.n.Innocentijs ſunt hæc in d.c.Nouit.Ad iſtam denunciationem non credimus aliquẽ teneri, niſi ſicut tenet̃ ad alia opera charitatis:niſi ſit talis,ad quem rõne officij, & curæ hoc pertineret.Ex quib.falſo colligit Panor.intẽtionem eã eſſe,vt ſolis prælatis ſit præceptum fraternæ correptionis,cum tñ ille dicat,quod alij non tenentur,niſi ſicut ad alia opera charitatis·quæ tñ ſunt ſępiſſime in præcep. Quare nullus põt negare, quin ſit omnib.ſub præcepto, ęſt tñ nobis in votis in hac materia concluſiones vulgatas,& ſingularibus rõnibus aſſerere, & ãd particularia applicare : hoc enim in hac materia potiſſime deſiderandum eſt.

Probatur ergo prima concluſio iure naturæ.Homo eſt aĩal ſuapte natura ciuile,& ſociablle,vt auctor eſt Ariſt.9.Ethi.& vt 1. Polit.id latius explicat, non ſolũ ad ſocietatem natus ęſt,vt oues,& boues,cæteraq; id genus animantia,quæ in hoc ſolum gregatilia ſunt, quod affectiones ſuas illiteratis vocib.ſibi mutuo manifeſtant : Sed homo in hoc eſt animal ſociale, vt alios alij

rõne,& ſermone inſtruant, atq; adeo quid vtile ſit,quidve noceat : quid deniq; iuſtũ ſit,aut iniuſtum ſe inuicem doceant,admoneantque. Ergo quiſq; hoĩum iure naturæ tenetur errantem conſilio ſuo, & exhortatione in viam reducere , inſtar membrorũ corporis:quæ, cum nullum ſibi ſolum ſufficiat,mutuas ſibi operas impendunt.Et augetur hæc rõ. Nã lex hæc naturalis arctius ligat chriſtianos : ſane,qui nõ naturali mõ, ſed baptiſmatis vinculo,mẽbra vnius corporis ſumus in Chriſto. (Verba ſunt Apoſtoli.1.Cor.12.In vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus.) Ergo quẽadmodum manus ſtomacho alimenta miniſtrãt,ſed ſtomachus viciſſim manus alit: pedes ſuſtinent oculos,& oculi pedes dirigunt:ita debent pauperes diuitibus ſeruire,& diuites viciſſim pauperes alere ; atq; adeo iuuenes,& robuſti, ſenes & debiliores debent ſuſtinere : Sed qui tamq̃ ſenes, prudentia & conſilio valent, tenent velut oculi,ignorãtes & errãtes ad veritatem,& virtutem reuocare:vt in fabulis eſt Græcorũ de amicis illis,quorũ cum alter claudus eſſet:alter vero cæcus, hic claudũ humeris geſtabat , ille vero greſſus cæco dirigebat.

Secundo probatĩ concluſio iure diuino. Primo, Ratione creationis Deus eſt oĩum com-

cõis pater, qui debuit proinde nobis proui dere ſm noſtrã conditionẽ: Sed cum nullus ſibi ſolus ſufficiat, nõ proſpiceret Deus nobis vt pater, niſi vnicuiq; mandaret de proximo ſuo, vt habetur Eccle. 17. At vero inter humanas neceſſitudines vna, nec infima eſt, vt quisq; errãtẽ corripiat: Ergo hoc eſt præcep. diuinũ. Et confirmat ex præcepto morali veteris legis. Exod. 23. & Deute. 22. legimus: Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eũ. ergo a fortiori, ſi quis viderit proximũ ſuũ errantem, & deuiantem a Deo, tenetur eum reducere, quãto proximus plus eſt, q̃ bos, aut aſinus.

Sed tertio, & potiſſimum probatur conclnſio præcepto euãgelico, Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolũ: vbi Chriſtus ſeruator noſter nihil aliud, quàm naturale præceptum explicuit, niſi quod, cum eſſet ſol iuſtitiæ, hoc vt cætera præcepta naturalia illuſtrauit, formam quidem docens corripiendi, qua pudori, & famæ noſtræ cõſuleret optime, vt ſua fuit erga nos immenſa charitas. Et quod verba illa ſonent præceptum, non ſolum colligitur ex verbo imperatiuo, corripe; ſed ex verbis proxime pręcedentibus. Poſtquam enim meminit Chriſtus, quẽadmodum venerat ſaluare qđ perierat: atque

adeo,parabola de illo,qui nonaginta nouẽ ouib.in monte relictis,iuit quæſitũ eã quæ perierat, exaggerauit quanti ei conſtitiſſet ſalus humani generis,ſubnectit: Sic nõ eſt voluntas ante patrẽ veſtrũ,qui in cœlis eſt, vt pereat ùnus de puſillis iſtis.Et ſubſequit: Si aũt peccauerit in te frater, corripe eum &c.ac ſi aperte dixiſſet: Voluntas patris eſt vt tãta ſit vnicuiq; cura fratris ſui,nepereat quanta fuit mihi:& quẽadmodũ mandatũ eſt mihi a patre,vt perditos hoĩes lucriface rẽ:ita & vobis ſit in pcepto.Vnde Inn.c.nonit de iud.referens prælatis Franciæ verba euangelij,ſubiungit:Quomodo nos mãdatũ diuinũ poſſumus nõ exaudire? Vbi inſinuat illud eſſe præceptũ.Animaduertite,q nomina veſtra Xp̃o in baptimo dediſtis, q̃ nobis commendauerit fraternam correptionem,quam nos tamen cõtra, curamus tam negligenter; quantoque nos honore dignatus eſt,qui quarum ipſe fuit animarũ redemptor per paſſionem, nos quodammodo per correptionem ſeruatores eſſe voluit?Si te,inquit,audierit,lucratus es fratrẽ tuum.Quod bene adnotauit Iacob.c.5 vbi inquit,Fratres mei,ſi quis veſtrum errauerit a veritate,& conuerterit quis eum: ſcire debet,quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam

eius

eius a morte,& operit multitudinē peccatorum. Ergo qui fatres corripere parui faciũt,non Chriſtũ,ſed Cain imitanť,qui vel in hoc fuit caput eccleſiæ malignantiũ qđ fratricidiũ excuſans,cuſtodē ſe eſſe fratris falſo negauit. At vero, ꝙ dicta cōcluſio ſit de iure poſitiuo,multis canonib.cōprobať vbi præcipiť correptio fraterna, vt diſt. 83. c.Prouidendũ.& c.Cōſentire,& 86. diſt.c. Faciētis & expreſſe.24.q.3.c.Tā ſacerdotes.

Secunda cōcluſio. Præceptũ correptionis fraternæ obligat ex genere ſuo ſub reatu mortali.Probať.Pecatũ eſt grauiſſimum malũ hoīs:quare,qui omittit fratrē a peccato liberare,cũ poſſit,non hēt erga illũ charitatem:& iō talis omiſſio eſt ꝯ charitatem: Vnde Aug.ſuper can.Io.trac.7.exponens illud: Si ſic dilexit Deus nos, & nos debemus alterutrũ diligere.1.Io.4. Non putes, inquit,te tunc amare ſeruũ tuũ, quando eũ non cædis:aut tunc amare filium tuũ,quando ei non das diſciplinā:aut tunc amare vicinum tuũ,quando eum non corripis. 5. q. 12.ca.Non putes,& ſermone.16. de verbis Domini exponens pręceptũ Chriſti, Matt. 18.Si neglexeris,inquit,conuiciatorem corripere, peior es tacendo, quam illi conuiciando:ſed qui conuiciatur,mortaliter peccat ergo & qui omittit corripere. *Secunda concluſio.*

Secundo probatur cōcluſio. Super illud Rom.1. Digni ſunt morte, nō ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientib. dicit gloſſa: Conſentire eſt tacere, cum poſſis arguere. & ſuper illa verba, Leui.20. Succidā oēs, qui conſenſerunt ei vt fornicarēt, ait gloſſa: Cōſentientes qui poſſunt accuſare, arguere, vel monere, & nō faciunt, nō effugiunt iudiciū. Quib. auctoritatib. cōfirmat Io. octauus, 86. diſt. c. Faciētis. grauiter peccare qui negligit emēdare, ꝙ corigere. pōt. Ergo omiſſio correptiōis ē ex gn̄e mortale.

Tertio id cōprobatur. Eleemoſynæ corporales, quādo ſunt neceſſariæ, ſunt in præcepto ſub reatu mortali, nam omiſſio earū contraria eſt charitati, ſecundum illud Io. 3. c. 1. can. Qui habuerit ſubſtantiam huius mūdi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua, quomodo charitas Dei manet in illo? Et Ambro. Paſce fame morientem: ſi non pauperis, occidiſti. diſt. 86. c. paſce. & Symmachus. 83. diſt Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit. Ergo a fortiori, eleemoſynæ ſpirituales ſunt in pcepto ſub reatu mortali: ſed inter ſpirituales miſerias ſumma eſt pecatum: ergo corripere peccatorē ſumma eſt miſericordia, poſt illā quæ eſt remittere peccata. Vnde gloſ-

ſa, Matt. 18. ita inquit: Peccat q vidẽs fratrẽ peccare, tacet, ſicut q pęnitẽti nõ indulget.

Poſtremo confirmatur concluſio. In iudicio finali, vt eſt Matt. 25. omiſſo operum miſericordiæ obijcietur damnatis in cauſam damnationis: Sed nullus damnatur pęna æterna, niſi de peccato mortali. Ergo omiſſio miſericordiæ ſępe eſt mortalis: ſed miſericordiæ ſpirituales præſtant corporalibus, & correptio eſt miſericordia ſpiritualis: ergo omiſſio illius eſt mortalis. Poteſt tamen in indiuiduo eſſe quandoque venialis: immo quandoque ſine peccato. vt ſtatim quæſtione ſequenti explicabimus.

Dubium. Sed dubium eſt hic non paruum, vtra ſit maior obligatio, correptionis ne, an eleemoſynę corporalis: nam certe homines nõ tanti faciunt corripere fratrem, quanti alere pauperes in neceſſitate; neque exiſtimãt tam neceſſarium eſſe illud, quam hoc; cum tamen aliunde moneat, quod vita ſpiritualis præſtantior ſit corporali.

Tertia concluſio. Subijciam ergo tertiã cõcluſionem notandam. Maior eſt obligatio correptionis, quam eleemoſynæ corporalis ex genere obiecti; minor tamen ratione neceſſitatis. Grauitas enim peccati æſtimanda eſt, & penes obiectum, & penes circunſtantias, præſertim penes neceſſitatem, vt auctor eſt S.

Tho.

Tho.1.2.q.73. Prima ergo pars cõcluſionis manifeſta eſt: quia vita ſpiritualis pſtantior eſt corporali. Vnde Greg. in homil. ſuper illud Mat. 11. Cũ audiſſet Ioãnes in vinculis, Plus, ait, eſt animã in ęternũ victurã pabulo verbi reficere, q̃ ventrẽ morituræ carnis terreno pane ſatiare. Et Chryſ. in hom. 3. ſuper epiſt. Cor. Etſi im̃enſas pecunias pauperib. eroges, plus tamen effeceris, ſi vnam cõuerteris animã. Sed probat̃ ſcđa pars: nã eleemoſynæ ſpũales nõ ſunt ita frequenter ſimpliciter neceſſariæ, ſicut corporales. Vbi notandũ, ꝙ peccatum, aut pro cedit ex ignorantia, aut ex paſſione, aut ex malitia. Quando procedit ex ignorantia, tunc correptio eſt magis neceſſaria: quia tunc peccator reſipiſcere non põt, niſi inſtruatur. Sed quando procedit, aut ex paſſione, aut malitia, non eſt vt plurimũ tã neceſſaria correptio, q̃ eſt neceſſaria eleemoſyna patienti extremã, aut grauẽ neceſſitatẽ: nã peccator tunc ſine auxilio alicuius põt cõuerti ſolo auxilio diuino: & tamen pauper nõ poteſt ſeruare vitam ſine auxilio fratris. Vnde colligitur, ꝙ quando correptio eſſet ſimpliciter neceſſaria, tunc grauior eſſet omiſſio illius, quàm omiſſio eleemoſynæ corporalis in extrema neceſſitate. Verbi gratia. Si hæreticus peruerteret chriſtianos, perſuadendo

do

do peruerſa dogmata,& ego ſolus, aut ego cõmodius poſſem illos liberare illa ignorã tia,profecto grauius peccaſſem non corripiendo, q̃ ſi permitterẽ perire hominẽ fame.Probat:quia neceſſitas eſt eadẽ, & detrimentũ eſt grauius.Et iſto mõ ſunt intelligenda verba Auguſtini ad Bonifaciũ,q̃ habent.23.q.4.c.Ipſa pietas.vbi dicit, multo magis nos teneri ad eleemoſynas ſpũales,q̃ ad corporales:intelligit,inquam, vbi eſt æqua neceſſitas.Sed quando peccatũ non ꝓcedit ex ignorantia,regulariter non eſt tanta neceſſitas,quanla eleemoſynę corporalis.Quare regulariter plures ſunt caſus, in quib.tenemur ad eleemoſynas corporales plus,q̃ ad correptionẽ.Quod ſi quis quærat in quo gradu tenendũ eſt,eſſe præceptum de correptione fraterna,an ſit hæreticũ oppoſitum ſentire; quia videtur Innocentiũ d.c.nouit.de iudic. determinaſſe, quod ſit ꝑceptũ particulare correptionis. Matt. 18.

Reſpondetur per quartã cõcluſionem. Non cenſeretur hęreticus,qui negaret eſſe præceptum particulare correptionis, ſaltẽ datum Matt. 18.priuatis perſonis: eſſet tamen hæreticum dicere,quod non comprehenditur ſub generali præcepto charitatis, & eleemoſynæ.Prima pars probatur; quia illa verba Matth.18. quamquam in rei veri- *Quarta cõclaſio.*

ri-

ritate explicent præceptum naturale,vt diximus:tamen poſſent aliquo modo gloſſari aut quod ſint de conſilio,aut quod non eſt abſolute præceptum corripiendi, ſed ſolũ præceptum de ordine:vt quando quis corripiat, illum ordinem ſeruet:aut quod ſolum eſt pręceptũ reſpectu prælatorum; nã Petro particulariter dicta ſunt. Vnde,Innocentius,quia erat Papa,putabat ſibi eſſe præceptũ corripere regẽ Franciæ.Sed ſecũda pars probat: nã lege charitatis cõtinet, vt neceſſitatib.proximorum prouideamus.

Ad primum argumentum. Conceditur, quod nullus poteſt cõuerti,niſi miſericordia Dei præueniente:& ideo,quẽ Deus indurat,ſicut Pharaonem, non poteſt homo corrigere:nihilominus homines debemus adiuuare miſericordiam Dei: ſumus enim ſecundum Ioan.in 3.canꝯ.vt cooperatores veritatis:ſcilicet, diſponentes ad gratiã, q̃ Deus infundit:ſecundum illud.1.Corint.3. Ego plantaui,Apollo rigauit,Deus autem incrementum dedit. Vnde Augu.quod habetur.23.q.4. ſicut. Licet aliqui, inquit, à ſolo Deo corrigantur,vt Petrus: nihilominus non eſt negligenda correptio noſtra: quia tunc ex correptione homo ꝓficit, cũ Deus miſeretur & adiuuat.Et ſtatim, capit. Nabuchodonoſor.dicit ecõtrario:quod licet

cet aliqui etiam correpti non emendentur, vt Pharao, nihilominus non eſt a correptione ceſſandum.

Ad ſecundum argm̄ reſpōdetur primo, quod ſæpe eſt tāta neceſſitas correptionis, quanta eleemoſynæ, vt puta, qn̄ peccatum procedit ex ignorantia, vt dictū eſt in tertia concluſione. Et ſecundo reſpondet, ꝙ qn̄ ꝓcedit ex paſſione, aut malitia, quāuis non ſit tunc adeo neceſſaria, nihilominus magnopere peccator indiget admonitione, vt egregie docet Chryſ. ſuper primam epiſt. Cor. ho. 44. Nam quāuis qui peccat ex paſſione in vl̄i, cognoſcit peccatum, & priuationē gloriæ, & pęnas inferni; tn̄ in particulari habet excæcatū iudicium: & iō indiget peccator identidem hæc admoneri. Vnde, Si verbis tuis, inquit Chryſ. nō obediat peccator, interim cuſtodi, & contine a maligno negotio, fortaſſe. n. reuerebitur.

Ad tertium argm̄ reſpondetur, quod pręceptum correptionis fraternæ reducit̄ ad quartum præceptum de honoratione parentum, ſub quo militant omnia præcepta quibus tenemur impendere aliquod beneficium proximo. Nam in decalogo ſolum ſunt illa præcepta, quæ ſtatim propoſita recipiuntur ſine aliquo Doctore: ſed quæ non ſunt adeo manifeſta, quin indigeant

expo-

expoſitione ſapientum, virtualiter compre henduntur ſub illis, vt docet S. Tho. 1.2.q. 100.art.3. Atqui, præceptum honorandi pa rentes ſtatim propoſitũ naturali lumine re cipitur: ſed benefacere alijs proximis, licet non ſit ita manifeſtum, tamen facili nego- tio perſuadetur.

Ad vltimã confirmationẽ, neſcio quid aliud rñdeamus, quã vt exhortemur, ne tã- ta ſit negligentia huius p̃cepti. Nam in Re ligion ib.& intet viros timoratæ conſcien- tiæ non eſt tãta incuria huius præcepti. Cę teri vero, aut excuſañt, quia pauci ſunt, qui ſperent ſua correptione poſſe fratres emẽ- dare: aut accuſandi ſunt, vt dicit Auguſt. qa ex verecundia, aut alio humano reſpectu omittunt præceptũ implere euangelicum.

QVÆSTIO II.

Vtrum præceptum correptionis obliget ſemper, & pro quocunq; tempore.

SVMMAE.

1 *Præceptum correptionis non obligat pro quo- cunque tempore, ſed conuenientibus neceſſita te, & opportunitate.*

2 *Omne peccatum mortale eſt materia neceßaria correptionis.*

Pec-

3 *Peccata venalia ſingularis perſonæ, niſi ſint per ſe ordinata ad mortalia, non tenemur corripere ſub reatu mortali; ſecus, ſi in republica iam percrebuiſſent.*

4 *Tres ſunt circunſtantiæ requiſitæ, vt ſit obligatio corripiendi, ſcilicet, cognitio peccati, ſpes emendæ, & opportunitas.*

5 *Omiſſio correptionis trifariam contingit. Quãdoque enim eſt officium, & virtus charitatis, quandoque peccatum veniale, & quandoq; mortale.*

6 *Perſonæ priuatæ nullum eſt peccatum timore mortis, aut amiſſionis notabilis famæ, aut bonorum exteriorum ceſſare a correptione, vbi correptio non eſt ſimpliciter neceſſaria: quãuis certum ſit correptionem profuturam.*

7 *Prælatus aliquando tenetur pro correptione ſubditorum exponere vitam, etiam vbi peccata non procederent ex ignorantiæ.*

8 *Non ſolum quando correptio eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed ẽt de peccatis communibus, quæ non procedunt ex ignorantia, tenetur priuatus homo fratres corripere ſub reatu mortali: quando id fieri poteſt ſine notabili detrimento vitæ, aut bonorum temporalium.*

9 *Multis modis contingit omiſſionem correptionis eſſe peccatum veniale.*

SEcundo quærit, Vtrum præceptum correptionis obliget ſp, & pro quocunque

tem-

tempore. Ad partem affirmatiuam arguit primo. Apoſtolus admonet Timot. Argue, obſecra, increpa, opportune, importune. 1. Tim. 4. & Propheta: Clama, ne ceſſes: annuncia populo meo ſcelera eorum. Iſa. 58. Ergo nulla nobis eſt opportunitas obſeruanda, ſed ſine ceſſatione corripiendum.

Secundo arguitur. Si aliqua de cā ceſſandum eſſet a correptione, maxime qñ timeret peccatorem de correptione ſcādalum accipere, & deteriorem fieri: Sed, vt inquit Hieronymus, veritas vitæ non eſt dimittēda pp ſcādalum: nam, auctore Beda, vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur, De reg. iu. c. Qui ſcandalizauerit. Ergo propter ſcandalum non eſt ceſſandum a correptione: exemplo Chriſti Mat. 15. qui propter ſcandalum Phariſæorum, non ceſſauit prædicare veritatem.

Tertio arguitur. Si aliquid nos poſſet excuſare a correptione, id eſſet prȩſertim, qñ corripere non poſſumus ſine magno incōmodo noſtro, & detrimento: Sed non excuſat a peccato mortali, qui vel metu mortis omittit corripere. Ergo præceptū correptionis obligat pro quocunque tpe. Minorem videtur docere Auguſtinus. 1. de ciui. Dei, c. 9. cuius verba ſunt: Propterea cum malis flagellantur & boni, qui non corripiunt:

piunt: quia reformidatur vulgi iudicium, carnis excruciatio, aut peremptio.

Sed in contrariũ eſt, quod præceptũ correptionis eſt affirmatiuũ: & præcepta affirmatiua non obligant pro quocunque tpe.

AD quæſtionem reſpondetͤ nouẽ concluſionib. Prima. Præceptum correptionis non obligat pro quocunque tpe, ſed conuenientib. neceſſitate, & opportunitate. Probatur concluſio. Hoc differt inter pręcepta affirmatiua, & negatiua, quod pręcepta negatiua prohibent malum, affirmatiua vero pręcipiunt bonum. Bonũ aũt, vt ait Dionyſ. 4 c. de diuinis nominib. conſurgit ex integra cã: malum vero ex quocunque defectu: quo fit vt malum nunquã bene fiat, ſed quomodocunque, & quotieſcunque fiat, eſt peccatum, niſi ignorantia excuſetur. Sed tamen id quod eſt bonũ ex obiecto, non bene fit, niſi quando ſuis circũſtantijs veſtitur: & iõ, quamuis vtrunque præceptum obliget ſemper, ideſt, quãtum ad præparationem animi: tamen quantum ad exercitium, negatiuũ obligat, vt dicunt, pro ſemper: affirmatiuum vero non, niſi concurrentibus circunſtantijs ſecundum neceſſitatem, & quia finis correptionis eſt correctio, & emendatio fratris, tunc obligat hoc præceptum, quando emen- *Prima concluſio.*

F datio

datio eſt neceſſaria,& fieri pōt commode. Et quidem Gerſon inter Theol. De correptione, tract. 34. & Aſtenſis Iuriſconſ. lib. 2. tit. 6. conſtituunt ſex ꝯdōnes neceſſarias ad correptionē: tres ex parte corripientis, quę ſunt, certa peccati cognitio, manſuetudo, & commoditas, ita vt non ſit alius, qui cōmodius corripere poſſit: & tres ex parte corripiendi, videlicet, quod eius peccatum ſit mortale, quod ſit ſpes emendationis, qđ non ſpectet aliud tempus opportunius. Hæc aūt operępretium erit de ſuis principijs enucleare: neceſſitas namque corripiēdi iudicanda eſt, & ex obiecto, & ex circunſtantijs: ſcilicet, ex peccato, & ex conditionibus peccatoris, atque corripientis.

Secūda cōcluſio. Sit ergo ſecunda concluſio. Omne peccatū mortale eſt materia neceſſaria correptionis. Probat̄. Finis correptionis eſt lucrari, & recuperare fratrē, vt patet ex verbis Euāgelij: Si te audierit, lucratus eſt fratrem tuum. Ergo omne illud per quod frater perdit̄, eſt materia correptionis: Sed per peccatum quodcunq; mortale perdit̄ homo, & auertit̄ a Deo. Ergo oē peccatū mortale eſt materia correptionis. Ex ratione concluſionis exprimitur eius ſenſus: intelligitur enim quoties peccatum pendet quodammodo in futurum, ita vt maneat,

aut

aut pertinacia, aut periculum peccati. Nā ſi peccatum eſt oīno præteritum, non eſt materia correptionis. Hoc adnotauerim pp gloſſ. in c. Si peccauerit. 2. q. 1. dicentē, quod præceptum correptionis eſt ſolū de peccato futuro, vt euitet: ſed præteritū corripere, ſolum eſt conſilium. Quā gloſſam alij non probant, dicentes, qđ reſpectu peccati ēt præteriti, currit pręceptū correptionis. Sed tamen his non obſtantib. manifeſtum eſt, qđ ſi peccatum eſt iam præteritū, ita vt nec maneat cōplacentia, nec periculum in illo, non eſt præceptum nec conſilium correptionis. Probat: quia ceſſante fine, ceſſat neceſſitas medij. Qñ ergo peccator emendatus eſt, nulla eſt neceſſitas corripiendi. Imò vero pernicioſum eſſe cicatricem ſanati vulneris refricare, cum Propheta beatos eos cenſeat, quorū remiſſæ ſunt iniquitates, & quorū tecta ſunt peccata. Et in hoc differt correptio fraterna ab accuſatione, & inquiſitione: quæ locū ēt habēt in peccatis p̄teritis, & emēdatis, quia finis earum eſt punitio pp bonum cōe. Ex ſenſu concluſionis ſubſequit̄ ſecundo, peccatū veniale aliqñ eſſe neceſſariam materiā correptionis, puta, quando in periculū hoīem conijcit peccandi mortaliter: maxime ſi ex genere ſuo ordinetur ad mortale, vt cum

quis domum ingrediť ſuſpectā,aut familiaritatem conſerit cū mulierculis: quod illo præcepto regulæ Auguſtini admonemur. Si oculi petulantiam in aliquo veſtrum ad uerteritis,ſtatim admonete,ne male cępta progrediant.Sicut.n.qui videret hoīem ſubire periculum mortis temporalis,mortaliter peccaret,niſi eū ſernaret:ita & qui nō ſeruaret hoīem a piculo mortalis peccati.

Sed contra hanc ſecundā concluſionē, quatenus vłalis eſt,arguitur. Super illis verbis euāgelij:Si peccauerit in te frater tuus: ait gloſſa interlinearis.i. ſi iniuria te affecerit.Ergo ſolum eſt præceptū, vt ſuas quiſque iniurias corripiat, & non alia peccata. Quod confirmatur ex gloſſa Hieronymi: Si peccauerit in nos frater, & in qualibet cā nos læſerit, dimittendi habemus ptātē: ſi autem in Deum quis peccauerit,non eſt noſtri arbitrij.Vbi inſinuat, quod peccata in Deum non ſunt materia correptionis, ſed accuſationis potius.Reſpondet, quod illa gloſſa non intendit limitare præceptū correptionis ad ſolas proprias iniurias: nā Chriſtus,vt diximus,nihil aliud fecit, quā exprimere ordinem præcepti naturalis, quo certe tenemur corripere quæcunque peccata proximi: & ideo non eſt præceptum de his, aut illis peccatis corripien-

piendis,ſed de ordine corripiendi omnia: & maxime quia vanum eſſet corripere propriam iniuriam,poſtq̃ illata eſt: Immo vero proprias iniurias, ſi probare poſſumus, nõ tenemur ſecreto corripere,ſed licet nobis ſtatim in iudicio vindictam petere. Sed ſi recipienda eſt illa gloſſa, intelligenda eſt hoc modo,vt omne peccatum quod fit in præſentia mea, appelletur quodammodo iniuria mea,quia eſt ꝯ pudorem,& reuerẽtiã meã. Sed verba Hieronymi potius attinent ad indulgentiã peccatorũ,quã ad correptionẽ:ſ.quod poſſumus dimittere peccata propria:ſed tamen peccata in Deum, aut bonũ cõe,vt ſunt hereſes, & proditiones,denũciare tenemur, vt infra dicemus, ſi ſecreta correptione ſtatim extingui non poſſunt. Sed oĩa ſunt nihilominus materia correptionis,ſi certa ſpes ſit emendæ.

Arguitur tamen ſecũdo ex gloſſa Auguſtini ſup eiſdem verbis:Si peccauerit in te ideſt,te ſciente.2.q.1.ca.Si peccauerit, quæ germana eſt illius textus:ex qua colligitur, ꝙ ſola peccata occulta ſunt materia correptionis,& non publica. Rñdetur,quod nos ſolũ aſſerimus oẽ genus peccati eſſe materiam correptionis:ſed Auguſt. loquitur de ordine corripiendi expreſſo in Euangelio: quod ſcilicet,pecata ſecreta,ſecreto corri-

gantur,cum illa quæ ſunt publica, poſſint publice corripi:de quo latius q.4.

Tertia conclusio.

Tertia cõcluſio.Peccata venialia ſingularis perſonæ,niſi ſint p ſe ordinata ad mortalia,non tenemur corripere ſub reatu mortali:ſecus,ſi in republica iã percrebuiſsẽt. Prima pars probat:quia nullus tenet ſeſe đ venialib.corrigere,niſi ſub reatu veniali:ergo nec frater tenet corripere fratrẽ ab illis ſub reatu mortali.Et de hmõi venalib.puto intelligit Palu.3.diſ.19.qñ dicit,ꝙ de veniali nõ eſt neceſſaria correptio. Qui tamen poſſet fratrẽ emẽdare a conſuetudine leuiter mentiendi,aut iurandi, teneret quidẽ: aliàs peccaret venialiter:illud.n.ẽt eſt quodammodo lucrari fratrem. Et hoc eſt pceptum Chriſti, Io. 13. Si ego laui pedes veſtros,& vos debetis alter alterius lauare pedes.Per lotionem enim pedum intelligitur ablutio peccatorum venialium, vt notant Doctores ſuper illis verbis precedentibus: Qui lotus eſt,non indiget niſi, vt pedes lauet.Secundã vero partem cõcluſionis mihi perſuadeo,ſaltem de prælatis. Prælatus enim qui poſſet plebem ſuam a leuib. iuramentis purgare,aut ab alijs cõſuetudinibus peccãdi venialiter,teneretur id facere ſub reatu mortali.Probat.Nam prælatis ex officio incumbit cura boni publici:& ideo tenen-

nentur notabile dãnum publicum ſub reatu mortali purgare, ſi poſſunt: & peccata venialia, quamuis in ſingulis perſonis nõ ſint notabile malũ: tamen quando ſunt frequẽtia in repub. magni momenti eſt illa extirpare. Et confirmatur. Nam ſi in religione noſtra caderent obſeruationes noſtræ: vt puta, fratres paſſim vterent̃ lineis, veſcerentur carnibus, & ſilẽtia rumperent, quamuis hæc apud nos nulla ſint peccata: tamẽ prælatus, qui hõi damna reſarcire poſſet, & ad regulã reuocare, teneretur certe ſub reatu mortali id ſatagere. Sed de hoc aliàs, ne lineã correptionis fraternę tranſgrediamur.

Quarta concluſio. Tres ſunt circunſtantiæ requiſitæ, vt ſit obligatio corripiendi: ſ. cognitio peccati, ſpes emendæ, & opportunitas: loquitur enim hęc concluſio de ſolis circunſtantijs, quæ faciũt neceſſitatem, & obligationem corripiendi: nam prudentia, manſuetudo, &c. ſunt circunſtantiæ, vt rite fiat correptio. Primo requiritur, anteq̃ quis corripiat, vt nouerit fratrẽ eſſe, aut in peccato mortali, aut in periculo peccandi: vnde Eccl. 11. Priuſquam interroges, ne vituperes quemq̃. Sunt qui dicant, ſatis eſſe hominem dubitare de peccato fratris, vt debeat ipsũ corripere: ſicut ad eleemoſynas corporales non ſolũ tenemur quando ma- *Quarta concluſio.*

niſeſta eſt neceſſitas corporis, ſed quando veriſimiliter dubitamus. Sed tamen ꝑfectò non eſt par ratio; qm̃ in corporalib. nullũ eſt periculũ, ſi eleemoſyna erogeť non indigenti; at in ſpũalib. nocet proximo, qui leuiter & temere iudicans eũ eſſe peccatorem obijcit ei peccatũ. Verũ eſt tñ, ꝙ pẽſandæ ſunt coniecturæ facientes rẽ probabilẽ, & conditiones perſonarũ; licet.n. quandoq; inſinuare fratri crimina ſua, de quib. rumor ſpargiť, dummodo prudentia, & tꝑeramento id fiat. Hic tamen admonitus eſſe volo, ſacerdotes ſane nullatenus licere, de his, q̃ in confeſſione audierunt, peccatorẽ extra cõfeſſionem corripere. Vſque adeo enim ſacroſanctum eſt ſigillum confeſſionis, vt niſi in confeſſione, nullo modo liceat peccata exprobrare, aut inſinuare pœnitenti. Secundo cõditio eſt, vt ſit ſpes emendę; nã aliàs correptio eſſet vana, & ad opus vanũ nemo obligať, & præcepta mediorum ſunt propter cõſecutionem finis; debet namq; qui aràt: in ſpe arare, & qui triturat, triturare in ſpe fructus percipiendi. 1. Corint. 9. & Matt. 7. prohibemur ſanctũ dare canibus & margaritas ante porcos proijcere, & Prouer. 9. Noli corrippere deriſorem, ne oderit te. At vero, non debent hinc anſam capere chriſtiani, vt ſint negligentes corripiendi;

excuſant. n. multi negligentiā ſuā cauſantes rarā eſſe ſpē emendationis, cū tñ frequē tiſſimos ꝯ, ſentiamus emendatos, de quib. male ſperabamus; vt admonet Aug. 2. 3. q. 4. c. Nabuchodonoſor. Vnde prudenti diſtinctione vtendū nobis eſt in propoſito. Aut. n. quis certus eſt ſufficientib. coniecturis nihil ſe eſſe profuturum; & tunc non tenetur corripere; nā vt inquit Io. c. 5. 1. cano. Eſt peccatū ad mortē, non dico pro illo, vt roget quis; ſed tunc locū hēt gloſſa ſuper illud Io. 2. Zelus domus tuæ comedit me: bono zelo comedit, qui q̄libet parua, q̄ videtit. corrigere ſatagit: & ſi nequit, tolerat & gemit. Quod ſi quis arguat, qa ſp erit ſpes proprij premij ex merito correptionis. Reſpondetur, quod quando correptio eſt vana, non eſt meritoria. Si vero quis dubitat an proderit, & certus eſt, quod non oberit corripiēdo, tunc debet corripere; ſicut medicus quādo certus eſt medicinā nihil obfuturam, & dubitat eſſe profuturā, adhibere debet. Hanc regulam docet Aug. de pœni. diſt. 7. c. Si quis. el ſecundo. Ideo do tibi pœnitentiam, quia neſcio an tibi proderit; nam ſi ſcirem non tibi prodeſſe, nō tibi darem. Et in libro De correptione, & gratia; Neſcientes quis pertineat ad prædeſtinatorum nu merum, & quis nō pertineat, ſic af-

ſici

fici debemus charitatis affectu,vt oēs velimus ſaluos fieri.Itaq; ſolū excuſamur a correptione,qn̄ certi ſumus nihil nos profuturos: quia dēt qui arat,in ſpe arare:ſed quando opinamur ſub dubio nos poſſe ꝓdeſſe, corripere debemus:al's q obſeruat vētū,nō ſeminat:&,q cōſiderat nubes,nunq̄ metet.

Sed quid,ſi quis timet potius corripiendo obeſſe q̄ prodeſſe? Tunc, aut timet obeſſe non ſolum peccatori,qui indurabitur, ſed bono cōi & religioni : & tunc ceſſandū eſt a correptione. Verbi gratia: Vereor ſi corripiam impudentem & perditum hominem,blaſphematurum nomen Dei: aut ſi ex ſacris illum admoneam litteris, cōtēpturum,& falſo interpretaturum:ceſſandū eſt tunc a correptione,quia bonū commune,& maxime religionis, præferendum eſt bono particulari:& illud eſſet dare ſanctū canib. & mittere margaritas ante porcos: nō enim canes,aut porci cenſentur quibus nihil prodeſt diſciplina,ſed qui illā impugnant,contemnuntque. Verba ſunt Augu. lib.2.de ſermone Domini in monte. ca. 31. Canes pro oppugnatorib.porcos pro contemptoribus,non improprie accipimus. At,ſi quis timet obfuturum ſolum peccatori in tēporalibus:quia ſi corripio,verbi gratia,fratrē, maxime inde triſtitia & pudore

affe-

affectus,infirmabitur, aut aliud detrimẽtũ incurret:tunc adhibenda eſt cautela, vt q̃ minimo damno fieri poſſit, correptio fiat. Nihilominus non eſt propterea ceſſandũ: quia bona ſpiritualia pręferenda ſunt temporalibus,ſecundũ illud Matth. 5 Expedit tibi vt pereat vnũ mẽbrorũ tuorũ,q̃ totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis.

Hoc veruntamen habet q̃ſtionẽ: ſi quis timet obeſſe ſoli peccatori in ſpiritualibus corripiendo,an debeat nihilominus corripere. Ad cuius partem affirmatiuã formatum eſt ſecundum argumentũ principale. San.Tho.2.2.q.33 art.6. diſtinguit duplicẽ eſſe correptionem. Alteram iudicialem, q̃ pertinet ad prælatos:& hæc non eſt dimittenda propter turbationem delinquentis, ẽt ſi ſit incorrigibilis:ſed puniendus eſt ex ordine iuſtitiæ propter bonum publicum. Alia eſt correptio fraterna: & dimittenda eſt quando timetur turbatio,& maior peruerſio peccatoris. Vnde nos poſſumus colligere, quod quando peccatũ eſt in perniciem publicam,aut in præiudicium tertij, vt hęreſis,aut proditio:aut cum quis machinatur occidere alium,tũc,quamuis timeatur turbatio & obduratio peccatoris,eſt denunciandum illi,qui poteſt prodeſſe,& nõ obeſſe,ſi peccatum eſt ſecretũ,& ſi ſit pro-

babi-

babile, pōt ēt denunciari vt puniat̄ correptione iudiciali, vt latius explicabimus q. 4. Sed ſi peccarū non eſt hmōi: tunc, ſi timetur induratio fratris, & lapſus in peiora, nulla eſt neceſſaria correptio: Nā iudicialis non eſt tunc neceſſaria: & fraterna, quia ſolū ordinat̄ ad emendationē fratris, eſſet tunc pernicioſa. Vnde Aug. 1. de ciui. Dei, c. 9. Si propterea quis obiurgandis & corripiendis male agentib. parcit, quia eiſdē ipſis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, conſiliū eſt charitatis. Et hoc intendit Sapiens, dicēs: Noli arguere deriſorē, ne oderit te. vbi gloſſa: Non eſt timendū, ne tibi deriſor, cū arguit̄, contumelias inferat: ſed hoc potius prouidendū, ne tractus ad odiū inde peior fiat. Sed eſt magnū argumentū, ꝙ licet peccatū nō ſit in p̄iudiciū reipublicæ, nec tertię perſonæ, nō obſtante timore maioris indurationis & peruerſionis peccatoris, ſit corripiēdus. Chriſtus enim præcipit corripere fratrē: primo, ſecreto; mox adhibere teſtes: deinde denūciare: & tandem pertinacem excommunicare. Ergo quamuis nulla ſit ſpes emendæ, corripiendus eſt frater, vt de pertinacia excōmunicetur. Et Chriſtus loquit̄ illic de correptione fraterna, quæ eſt reſpectu cuiuſcunq; peccati. Panor. in c. Nouit. de iudic. propter hoc argu.

tenet,quod non eſt ceſſandum a correptio ne,licet non ſit ſpes correctionis: imò quãuis timeatur peccatorem futurum eſſe deteriorem: quia tunc debet denunciari pp bonum exemplũ aliorũ. Sed certe hoc ſolum eſt verum,quãdo peccatum eſt publicum, aut vergit in detrimentum aliorum, aliàs falſum eſt,ut iam mõ probatum eſt.

Reſpondet ergo ad argm̃, quod Xp̃s in illo præcepto ſemper ſupponit ſpẽ emẽdę, vt certe habenda eſt, eſſet.n.nequiſſimus, qui poſt exhortationẽ amici, & adhibitionẽ teſtiũ,& denunciationẽ, non obediret eccleſiæ. Vnde tamq̃ rariſſimũ addit Xp̃s, Si eccleſiã nõ audierit(.ſ.vt ſperabat) tunc ſit ſicut ethnicus &c.Vnde,ſi a principio timet potius peruerſio fratris, quàm ſperet emendatio,ceſſandum eſt a correptione.

Tertia & poſtrema conditio, vt quis ſit obligatus corripere, eſt opportunitas, primo ex parte perſonę,vt nõ ſit alius qui cõmodius corripere poſſit;poſſit,inquam,de potentia (vt dicunt) proxima, nam quãuis ego nouerim alios adeſſe, qui melius corripere poſſint, vt eſt prælatus, aut doctor; tamen video negligentes eſſe, tunc ego teneor;quemadmodũ cum video hoĩem grauem pati neceſſitatẽ, licet ſint parentes & cognati,qui ſubleuare poſſint miſeriã hominis,

minis, video tñ eos non facere, tunc ego teneor. Nec tñ quamprimum videmus fratrem in peccato, tenemur corripere: quia forſan ſine correptione ipſe emēdabit. Requiritur præterea opportunitas tp̄is: nā ſi vis hoīs recentis iniuria affecti feruentē bilem extinguere, nihil aliud facias, quā igni adhibere ligna. Vnde Aug. li. de ciuit. Dei, ca. 9. Si quis obiurgandis & corripiēdis male agentib. parcit, quia opportunum tp̄s inquiritur, non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis.

Sed vtrum liceat, aut expediat quādoq; perditum hoīem permittere in peiora prolabi crimina, vt ignominia peccatorū confuſus facilius reſipiſcat & emendetur. Eſt enim pro parte negatiua argumentum, quod cum peccatum ſit offenſa Dei, non eſt propter aliquem finem permittendū. Videtur namque, quod quemadmodum mala non ſunt facienda vt inde veniant bona: ita nec ſunt permittenda.

Reſpondet. Deus, qui nunquam permittit malum niſi p̄p bonum, bifariam permittit mala. Vno mō in pęnam priorum peccatorum: ſicut gentes, eo quod eum non glorificauerūt, tradidit in reprobum ſenſum, vt dicit Apoſt. Rom. 1. & hac ratione non licet nobis permittere peccatum, quod

eui-

euitare poſſumus: non enim pertinet ad iudiciũ humanum punire hoĩes illa via. Alio mõ permittit Deus peccata, vt cautius homo viuat, ſicut forſan permiſit peccatũ Petri: Nã, vt hr̃ Eccle. 42. Melior eſt iniquitas viri (.i. hoĩs prudentis, & fortis) quam mulier (.i. homo ignauus, & imprudens) benefaciens: quia ille ex peccato cautius reſurgit; hic vero ex boni operis cõplacentia vana ſecurus periculoſus cadit. Et hac rõne licet nobis aliqñ permittere peccatorem ad tp̃s peius cadere, vt cautius reſurgat: nã correptio eſt pp emendationem: & iõ faciẽda eſt vt melius conducit ad illum finẽ. Nec eſt idem, propter bonũ permittere malũ: quod, propter bonum facere malum.

Quinta cõcluſio colligĩt ex ſuperiorib. Omiſſio correptionis trifariam contingit. Quandoq; enim eſt officium, & virtus charitatis: quandoq; peccatum veniale: & quãdoq; mortale. Concluſionem hãc colligit. S. Th. 2. 2. q. 33. art. 2. ex Augu. 1. de ciui. Dei, c. 9. Et prima quidem pars facilis eſt: nam, quamquam omiſſio correptionis, quando eſt neceſſaria, peccatũ ſit genere mortale, vt dictum eſt, tamen ſi omittatur propter cãs expreſſas in tertia concluſione, eſt virtus. Secunda & tertia pars habent plus difficultatis apud S. Tho. & Doctores. Verba S. *Quinta cõcluſio.*

Th.

Thomæ ſunt hæc. Ftaterna correptio prætermittit cũ peccato mortali, vt dicit Aug. qñ formidat iudiciũ vulgi, & carnis excruciatio, vel peremptio: dũmodo hæc ita dominent in aĩo, quod fraternæ correptioni præponant. Et hoc vr̃ contingere, qñ aliqs præſumit de aliquo delinquente probabiliter, quod poſſet eũ a peccato retrahere: & tñ pp timorem, vel cupiditatem pretermittit. Sed alio mõ omiſſio eſt peccatũ veniale, quando timor, & cupiditas tardiorem faciunt hoĩem ad corripiendũ: non tamen ita quod ſi hoc conſtaret, quod fratrẽ poſſet a peccato retrahere, pp timorem vel cupidinem dimitteret, quibus in animo ſuo præponit charitatem fraternã. Hæc S. Th. Et ſimilia verba dicit Ricar. & oẽs Theologi in 4. diſt. 19. quos ſequuntur Canoniſtæ. Quæ verba profecto ſuboſcura ſunt.

Quæſtio præcipua. Pro quorum expoſitione quærit, Vtrum quotieſcunq; quis omittit corripere fratrẽ timore mortis, peccet mortaliter. De qua qõne ſunt duæ per extremum opiniones: in quarum medio, vt puto, cõſiſtit veritas. Vna eſt, quod quotieſcunque quis omittit corripere timore mortis, peccat mortaliter. Ita inter alios expreſſe opinatur Gab. lect. 74. fol. 166. Si quis, inquit, probabiliter crederet ſe poſſe fraterna correptiõe retrahere

here adulteram ab adulterio,& timet adulterũ ne ab eo occidat̃,&metu mortis omittit,peccat mortaliter:& ſic in ſimilib.Altera opinio eſt, qđ nunquã priuata perſona peccat mortaliter omittẽdo correptionẽ, niſi qñ conceſſit, & cooperatur peccato. Ita opinatur Frã.Maronys ſup verbis Aug. cõmemoratis, Veritate.7.Adr.q.de cor.frater.licet non ponat tã expreſſum exẽplum ſicut Gabriel,tenet tñ opinionem Gabrielis. Et ambo vidẽtur ſibi manifeſte elicere illam opinionẽ ex verbis Aug.& S.Tho.nã dicit Augu. bonos flagellari,quia omittũt corripere, eo qđ formidatur carnis excruciatio, vel peremptio:qđ S.Th. exponens, dicit,qđ qñ quis ꝓbabiliter p̃ſumit, quod põt aliũ auertere a peccato, & omittit ꝑ cupiditatem,vel timorem, peccat mortaliter. Et rõ inſinuatur manifeſta : quia tunc poſtponit̃ charitas vitæ corporali:Nã ordine charitatis tenemur magis diligere vitã ſpũalem proximi, quàm corporalem propriam.Et Caietanus illic dicit,quod ex quacunque cã quis omittat correptionem,nõ eſt peccatum mortale,ſi ſaluetur in præparatione animi:quod ſi crederet alium poſſe retrahere a peccato,omnia poſtponeret charitati. Vbi deſignat vniuerſalem concluſionem, quod quicunque & quotieſ-

cunq; crédit probabiliter ſe poſſe corrigere fratrẽ, quacunq; cã omittat, peccat mortaliter. Sed, quidquid ſit de alijs, puto nec Augu. nec S. Tho. id in vniuerſum ſenſiſſe.

Sexta conclusio. Vnde ad euidentiam quintæ concluſionis ſtatuimus ſextam. Perſonæ priuatæ nullum eſt peccatum, timore mortis, aut amiſſionis notabilis famæ, aut bonorũ exteriorum, ceſſare a correptione, vbi correptio non eſt ſimpliciter neceſſaria, quãuis certum ſit correptionẽ profuturã. v. g. In caſu poſito Gabrielis, quo quis timore mortis ceſſaret corripere adulterã, nullo mõ peccaret. Probatur. Præceptum correptionis priuatum, hoĩem ſolum obligat ex charitate, & nõ de iuſtitia; Sed ad opera charitatis nemo teneẽ cum detrimento vitæ, aut cũ notabili detrimento bonorum, aut famæ, aut honoris. Ergo nec ad correptionẽ. Probatur minor. Nullus teneẽ facere eleemoſynam exiſtenti in extrema neceſſitate, ſi inde ſubſequatur extrema neceſſitas propria: & uniuerſaliter, quando eſt grauis neceſſitas proximi, nullus tenetur incurrere tãtam neceſſitatem, vt ſuccurrat alienę. Secundo probatur. Quando correptio mea non eſt ſimpliciter neceſſaria; quia videlicet frater põt ſe corrigere ſine coreptione mea; tũc ego non poſtpono charitatẽ pro-

ximi

ximi vitæ meæ, quamuis ceſſem corripere timore mortis: quia tunc vita mea non eſt illi ſimpliciter neceſſaria. Et eadem rõne, ſi quis ſine periculo honoris mei, & bonorũ meorum, ipſe põt ſe corrigere, ego nõ prę pono bona mea charitati, quãuis nõ expo nam illã pro correptione; quemadmodũ ſi quis comminarẽt ſe peieraturum, aut furaturum citra extremã neceſſitatẽ, niſi darẽ illi bona mea; ego nihilominus non teneor dare, vt ſeruem illum a peccato; quia ille ex malitia peccat, & non ex neceſſitate bonorũ meorũ, ſed correptio mea nunquam eſt ſimpliciter neceſſaria peccatori, ſaltẽ vbi peccatum non procedit ab ignorantia (de quo ſtatim) nam quicunq; cognoſcit ſe eſſe in peccato, ſolo auxilio diuino põt intra ſe conuerti. Ergo tunc non poſtpono charitatem proximi vitæ meæ corporali, quãuis timore mortis ceſſem corripere. Tertio probatẽ concluſio ex vniuerſo hoĩum, & ſapientiũ ſenſu; vnde magnum ſumimus in moralibus argũ. Qui enim timore mortis omittit corripere, a nemine profecto argueretur peccati; quamquam, ſi quis poſtponeret vitã vt emendaret fratrem, laudaretur de opere ſupererrogatiõis & cõſilij.

Et quarto arguitur. Quia ſecundum Doctores, nemo obligatur baptizare puerum

cum periculo propriæ vitæ: ſaltem qñ periculum eſt ab extrinſeco, puta, ex malitia tyranni prohibentis me baptizare puerũ. Ergo a fortiori, nec teneor cum tali periculo corripere fratrem: nã maior eſt neceſſitas puero baptiſmi, quam adulto correptionis. Et hæc oĩa confirmantur: Nã iugũ Domini ſuaue eſt, qui non obligat nos ad opera difficillima: Sed eſſet difficillimũ in vniuerſum priuatos hoĩes obligare, vt vitã exponerent pro correptione. Imò, credo, nec tenemur corripere cum magno periculo honoris: aut cum magna iactura bonorũ tpalium. Et cõfirmatur ſecundo ex ſñia S. Th. 2. 2. q. 36. art. 5. vbi quærit, An teneatur homo diligere ſalutem ſpũalem proximi, potius quàm corpus proprium: & facit tertiũ argm̃ ad partem negatiuã: quia homo non tenetur exponere vitam corporalem pro ſalute ſpũali proximi, ſed hoc eſt perfectorum: & reſpondet concedendo: Quia, inqt, non eſt tanta cura nobis vitæ ſpiritualis ꝓximi, quanta eſt corporis proprij, niſi in caſu quo quis tenetur prouidere ſaluti illius. Quod intelligit, quando alicui incumbit ex officio: vel quando vita noſtra eſt ſimpliciter neceſſaria ſaluti proximi: aliàs exponere vitam pro correctione, pertinet ad perfectionem charitatis.

Septi-

Septima concluſio: Prælatus aliquando tenetur pro correctione ſubditorum exponere vitam, etiam vbi peccata nō procederent ex ignorantia. Nam, quanq̃ tunc non eſt vſque adeo ſimpliciter neceſſaria eorũ correptio: tamen, quia ratione officij incũbit illi correptio, fieri poteſt, vt vbi priuatæ perſonæ fuerit cõſilium ponere vitam pro fratre, prælato ſit præceptum ponere illã ꝓ filio. Vnde de omnibus in vniuerſum amicis ait Xp̃s, Io. 15. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, q̃ vt animam ſuã ponat quis ꝓ amicis ſuis: quaſi hoc ad perfectionẽ pertineat: ſed de paſtoribus ait, Io. 10. Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus ſuis: quaſi hoc pertineat ad neceſſitatem. *Septima concluſio.*

Sed tunc eſt dubium quid ſentiat S. Th. in illis verbis allegatis, ſ. Quia ſi quis præſumit de alio, quod poſſit eum a peccato retrahere, & omittit timore peremptionis, aut excruciationis carnis, peccat mortaliter: quia vitam corporalem præponit charitati proximi: non enim ſolum loquitur de prælatis, ſed de vniuerſis hominibus.

Reſpõdetur, quod ſi daretur caſus, quo vita corporalis priuati hominis eſſet ſimpliciter neceſſaria ſaluti ſp̃uali proximi, tunc non dubito quin teneret ille mori pro correptione fratris. Et hic eſt ſenſus S. Thomæ:

nam alias præponeret vitam charitati. Sed neſcio an talis caſus neceſſitatis correptionis poſſit occurrere:nam ſi peccatum procedit ex malitia,aut paſſione,ipſe peccator ſe poteſt corrigere,poſtq̃ cognoſcit ſe eſſe in peccato:& ſi ex ignorantia inuincibili, tunc non eſt peccatum: & ſi ex ignorantia vincibili,tunc ipſe tenetur quærere Doctorẽ. At vero in tali caſu,ſi quis peccat ex ignorantia vincibili,quęrat Doctores,qui illum inſtruant: tunc credo quemcunq;,ẽt priuatũ,teneri,non obſtante periculo mortis,docere illũ veritatẽ,ſi non ſit alius, qui corripiat:nã ille eſſet caſus ſimpliciter neceſſitatis. Et præterea,tenetur quis pro bono cõi corripere,nõ obſtãte periculo mortis. Vt ſi hæreticus peruerteret chriſtianos perſuadendo falſa dogmata, quicunq;,qui cõmode poſſet,teneretur,non obſtante periculo mortis obijcere ſe huiuſmodi malo.

Sed nunc reſtat dubium,vtrum vnquam priuata perſona peccet mortaliter,omittẽdo correptionem,niſi quãdo correptio eſt ſimpliciter neceſſaria,vt expoſitum eſt.Nã ſi hoc eſſet verum,rariſſime occurreret neceſſitas huius pręcepti:quod tamen nobis ſummopere commẽdauit Chriſtus redemptor noſter:quinimmo lex ipſa naturalis.

Octaua cõcluſio. Ad hoc reſpondet octaua concluſio.Nõ

ſolum

ſolum quando correptio eſt ſimpliciter neceſſaria:ſed etiam de peccatis cōibus, quæ non procedunt ex ignorantia,tenetur priuatus homo fratres coripere ſub reatu mortali:quando id fieri poteſt ſine notabili detrimento vitæ, aut bonorum temporaliū. Probatur.Correptio obligat ſicut reliquæ eleemoſynæ:præceptum autem eleemoſynæ non ſolum obligat in extrema neceſſitate,ſed etiam in graui neceſſitate,de ſuperfluo:At,quando peccatum naſcitur ex paſſione vel malitia,quamuis peccator nō ſit in extrema neceſſitate correptionis, quia poſſet ipſe reſipiſcere;tñ eſt in graui neceſſitate,quia difficile hoïes emendantur ſine correptione. Et ſicut in diuitib. cenſetur ſuperfluū diuitiarū illud ꝙ citra graue detrimentū poſſunt elargiri:ita in correptione,quando quis facili negotio, & ſine detrimento pōt corrigere fratrē, tunc tenetur ſub reatu mortali corripere:nā alias negligit ſalutē fratris: quod repugnat charitati.

Nona conclusio.

Nona,& poſtrema cōcluſio.Multis modis contingit omiſſionem correptionis eſſe peccatū veniale. Primo,quādo qs omittit,putans ſe nihil poſſe proficere,tamen leuibus coniecturis perdit ſpem:aut quando ex aliquo metu ceſſat corripere,qui tamen eſt leuis,& multis alijs modis.

Ad primũ argũ principale reſpõdetur, ꝙ Apoſtolus non præcipit importune corripere,ac ſi non debeat expectari opportunitas:quia correptio eſt actus virtutis,q̃ requirit circunſtantiã tpis:ſed importune intelligitur,quantũ ad æſtimationem perditorũ hominũ,quibus ſemper prędicatores, & correctores ſunt importuni,Et idem dicendũ eſt ad illud: Clama,ne ceſſes,Iſa. 58.

Ad ſecundum argumentum late reſponſum eſt cõcluſione quarta:ſed ad formam illius dicendum,quod quãdo ex correptione timetur ſcãdalum publicum, aut maior peruerſio pecatoris,ceſſandum eſt. Et ad illud Hieronymi: Vtilius ſcandalũ naſci permittitur,quam veritas relinquatur: reſpondetur dupliciter. Primo,quantum ad veritatem vitæ,homo non dẽt facere contra prę cepta Dei,q̃ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, propter ſcandalum aliorum. Poſſumus tamen prætermittere opera cõſilij,q̃ nõ ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem propter ſcandalum,ſecundũ illud.1.Cor.8. Si eſca ſcandalizauerit fratrem meum,carnes in æternum non manducabo.Quare,cum præceptum correptionis ſit propter emendationẽ fratrum,ceſſante fine,ceſſat præceptum:& ita non relinquitur veritas vitæ,ſi ad vitanſtum ſcandalum, vel peruerſitatem fratris,

di-

dimittatur correptio. Sed quãtum ad veritatem doctrinæ, non debet homo ceſſare a prædicatione veritatis propter ſcandalum Phariſæorum, exemplo Chriſti. Matth. 15.

Ad tertium late reſponſum eſt ſexta, & ſeptima concluſionibus: quando, ſ. timore mortis licet omittere, qñ vero non. Sed ad verba Aug. 1. de ciuit. Dei, dupliciter poſſumus reſpondere. Primo, quod verba illa nõ ſonãt eſſe peccatum mortale omittere correptionem timore mortis: ait. n. quod propterea boni flagellantur cum malis, quia omittunt corripere, eo quod timẽt peremptio: & loquitur de flagellis temporalibus. Quare non intelligit, niſi quod eſt forſitã peccatum veniale: & ideo illos, q̃ ita omittunt, vocat bonos. Sed quia S. Thomas & Ricar. & omnes gloſſant illud eſſe peccatum mortale, exponatur, vt dictum eſt in ſeptima concluſione, de prælatis: aut quando correptio eſt ſimpliciter neceſſaria.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrũ omnes in vniuerſum homines, quoſcunque peccatores corripere teneantur.

SVMMAE.

1 *Omnes in vniuerſum mortale, modo ſint rationis compotes, tenẽtur pręcepto correptionis.*

2 *Om-*

2 *Omnes tenentur quoſcunque cuiuſuis legis, & ſortis homines corripere: ita vt chriſtiani teneantur corripere infideles, & vice verſa.*

3 *Prælati arctius tenentur præcepto correptionis qum priuati homines.*

4 *Quilibet tenetur corripere domeſticos potius, quàm extraneos.*

5 *Subditi ſtrictius obligantur corripere prælatos, quàm alios fratres, aut priuatos homines.*

6 *Peccatores cuiuſcunque generis ſint, tenentur præcepto correptionis: atque adeo cum ſunt in peccato, poſſunt corripere.*

TErtio quæritur, Vtrum omnes in vniuerſum hoĩes, quoſcunq; peccatores corripere teneant̃. Ad patrẽ negatiuam arguitur primo. Pręceptũ correptionis Matthę.18. ſoli Petro, tanq̃ prælato eccleſiæ, datum eſt. & Matt.5 ſolis Apoſtolis (quib. ſuccedunt epiſcopi, c. Quorum vices. 68. diſt.) & cęteris diſcipulis (quibus ſuccedunt inferiores prælati, c. In nouo. 21. diſt.) dictũ eſt: Vos eſtis ſal terræ: vos eſtis lux mũdi. & in veteri lege, Ezech.3. & inferius.33. ſoli ſpeculatores. i. prælati, admonẽtur illis verbis: Si dicẽte me ad impium, morte morieris; non annunciaueris ei, vt auertatur à via ſua impia, ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Vnde Hierónymus: Sacerdotes, inquit

inquit,ſtudeant illud euangelij implere:Si peccauerit in te frater tuus. Ergo ſoli p̄lati obligant̄ p̄cepto correptionis,ꝙ officio paſtoris,quales ipſi ſunt,maxime congruit.Et rōne naturali cōfirmat̄;nā inferiora hæc cęlorum influentia,& motu gubernant̄,& p̄lati in ſacra ſcriptura cęlorū nomine ꝑ methaphorā cenſent̄,qui enarrant gloriā Dei.

Secundo arguitur, quod non teneamur coripere quoſcunq; peccatores. Coreptio vt dicemus quæſt. ſequēti,procedit vſq; ad denunciationem,quæ fit pręlato:ſed multi ſunt qui non habēt prælatum,vt Papa,niſi in materia hęreſis,vt habetur.c.Si Papa.40. diſt.& infideles,de quibus Paulus.1.Cor.5. Quid mihi,inquit,de his. q foris ſunt iudicare? & vſurarios,qui permittuntur ab Eccleſia,vanum eſſet corripere,poſtq̄ vanum eſſet denunciare,immo meretrices videtur eſſe pernicioſum corripere;nam,vt inquit Aug.Tolle meretrices,& oīa turbabis libidine;& hæreticos poſt primam, & ſecundam monitionem pręcipit Paulus euitare, Tit.3.immo nec cum excommunicatis licet communicare,vt dicit Pau.1.Cor.5.Ergo nec illos licitū cuiquam eſt corripere.

Tertio arguitur. Subditis nō licet prælatos ſuos corripere.Ergo non omnes tenentur p̄cepto correptionis reſpectu omniū.

Proba-

Probatur antecedens. Correptio, vt nomē ſonat, fieri nō poteſt ſine increpatione: ſed Paulus primę Timo.5. Seniorem, inquit, ne increpaueris, ſed admone vt patrem. vnde Exo.19. Beſtia, quæ tetigerit montem, lapidabitur. Et 2.Reg.6. Oza percuſſus eſt a domino, quia tetigerat arcam, cum ſe inclinaret ad caſum, vbi ſignificantur prælati, qui & latores legis sūt, & cuſtodes: ſicut in mōte dabatur lex, & in arca cuſtodiebatur.

Quarto & poſtremo arguit. Peccatorib. non eſt ius alios corripiendi. Ergo nō tenētur hoc p̄cepto: aliàs vtroq; mō peccarent, & corripiendo, & nō corripiendo: & ſic daret perplexitas, q̄ tñ eſt impoſſibilis in lege Dei. Probat antecedens. Xp̄s reprehendit, eos qui videns feſtucam in oculo fratris, & non vident trabē in oculo proprio, & Pau. Ro.2. In quo aliū iudicas, teipſum condemnas. & Pſal.49. Pecatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtm̄ meū per os tuū? Et de pę.diſt.6. c.1. §. Sacerdos. Potentiſſimū crimen eſt ſacerdotum, qui non prius ſe iudicant, q̄ alios ligant. & Iſidorus de ſummo bono: Nō debet vitia aliorum corrigere, qui eſt vitijs ſubiectus. Et ratione id confirmatur: quia correptio eſt officium charitatis: peccator autem qui corripit alium, cum ſe non

cor-

corrigat, non vr̃ id ex charitate facere, ſed ex ſuperbia : nam in quo quis ſe non diligit, non præſumitur alium diligere.

Sed in cõtrarium eſt decretum Anacleti Papę.c:24.q.3.Tã ſacerdos.quàm reliqui fideles, oẽs ſummam debent hr̃e curã de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione, aut corrigant a peccatis: aut, ſi incorrigibiles appareant, ab eccleſia ſeparentur.

QVæſtio hęc duo inſinuat: Primum, an oẽs attingat præceptum correptionis: alterum, an vniuerſis peccatorib. teneamur id officium præſtare. Ad quã qõnem reſpondetur ſex concluſionibus.

Prima. Omnes in vniuerſum mortales, mõ ſint rõnis compotes, tenentur præcepto correptionis. Duplex.n.eſt correptio vt q.1.adnotauimus. Altera, quę eſt actus iuſtitiæ: & hæc, quia procedit vſq; ad condẽnationem, & vindictam, atq; adeo vim habet coerciuam, ſolis principib. incumbit, & prælatis publicam habentibus auctoritatem, qui, vt habetur.1.Pet.2.ſunt tanquam a Deo miſſi ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorũ: vnde Apoſt. Ro.13. Non ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Altera verò eſt correptio, quę eſt actus charitatis, cuius finis eſt emendatio fratris, *Prima concluſio.*

de qua & mota eſt præſens qõ, & reſpõdet prima concluſio, quæ facile colligitur ex ſuperioribus. Præceptum.n.illud euangeli cum charitatis: Diliges dñm Deum tuum, & proximum tuum ſicut te ipſum, oẽs mortales ĩ vniuerſum attingit lege naturę: Sed correptio eſt opus charitatis, & neceſſariũ, vt iam manifeſtatum eſt. Ergo oẽs mortales ligat: atque adeo, non mõ Chriſtiani tenentur hoc præcepto, ſed quæuis gentes, quacunque lege, aut ſecta viuant. Et ſecundo ꝓbat̃. Ad eleemoſynas corporales oẽs in vniuerſum mortales lege naturæ ſunt aſtricti. Ergo ad ſpũales, qualis eſt fraterna correptio. Et tertio probat̃. Quemadmodũ in corpore duplex eſt habitudo, ſ. capitis ad membra, & membrorum ad inuicẽ: & in exercitu alia eſt habitudo ducis ad milites, cui ex offõ incumbit exercitum gubernare: alia vero ſingulorum ad ſingulos milites, q ſeſe mutuo protegere tenent̃: ita in humana republica, & in militia ſpũali, qualis eſt vita hoĩs ſuper terrã, pręter curã, quæ prælatis ex offõ, & ex iuſtitia incũbit, eſt mutua neceſſitudo, & charitas inter ciues, vt ſe inuicem opé, & conſilio iuuent.

Secũda cõcluſio. Secunda concluſio. Oẽs tenent̃ quoſcũque cuiuſuis legis, & ſortis homines corripere: ita vt Chriſtiani teneantur corripere

infi-

infideles;& vice verſa. Probat̄. Nam actus potentiæ,& virtutis extendit̄ ad oīa, q̄ cōti nent̄ ſub obiecto illius potentiæ, aut virtu tis,vt viſio extēdit̄ ad oēs colores; Sed cha ritas extenditur in uniuerſum ad oēs hoīes. Ergo præcepto correptionis(qđ eſt churi-tatis)cuncti tenent̄ quoſcunq; alios corri-pere.Et confirmat̄ ex verbis euangelij : Si peccauerit ī te frater; oēs.n.mortales rōne creationis cenſent̄ fratres,ſecundum illud Matt.23.Vnus eſt magiſter veſter, oēs aūt vos fratres; quare, non mō Chriſtiani dn̄r fratres,qui lauacro regenerationis in filios Dei adoptantur,vt ait Chryſ. ſuper epiſ.ad Hebr.& refert̄.11.q.3.c.Ad menſam.ſed & infideles ſunt proximi noſtri, vt eſt glo.c. Charitas,el ſecundo.de pęn.diſt.2.

Tertia conclusio. Prælati arctius tenent̄ præcepto correptionis, quā priuati hoīes. Itaque præter præceptum iuſtitiæ,quo pe-culiariter prælati tenentur correptione iu diciali arcere ſubditos a peccatis, p̄cepto charitatis magis tenentur,quam priuati ho mines.Quæ ſnīa eſt S.Tho.2.2.q.33.art.3. ſecundum Aug.1.de ciui.Dei,c.9.Conclu-ſio hæc,vt reor, ſatis comprobatur rōnib. & teſtimonijs,quæ in primo argum. prin-cipali adducta ſunt, nam, vbicunque ſacræ paginæ mentio incidit huius præcepti, *Tertia conclusio.*

præ-

prælati peculiariter deſignant. Et ſecundo probat rõne. Nã prælatus, eo quod eſt perſona publica, & eſt cuſtos iuſtitiæ, vt dicit Ariſt. 5. Eth. & exemplar populi, ad oĩa opa præceptorum, cuiuſcunq; ſunt virtutis, arctius tenet rõne ſtatus, quàm populus. Et tertio probat. Prelatus (vt inquit illic Ariſt. tenetur proprio officio bonos facere ciues. ergo arctius tenetur quocunq; præcepto, quod inſtitutũ eſt ad correctionẽ, & emendationem ciuium: Sed Preceptũ correptionis fraternæ ad hunc finem ordinat. Ergo ſtrictius ligat prælatos, quàm plebem. Et quarto id confirmat: Prælatus tenet magis diligere filios, quàm priuati hoĩes alios fratres: vnde Chriſtus Ioã. 21. non commiſit Petro gregem ſuum, antequã tertio ipſum interrogaret, an ſe plus alijs diligere. Ergo ad opera charitatis, qualis eſt correptio, maiori vinculo tenetur erga filios, quàm fratres erga ſe inuicem. Quod poſtremo confirmatur. Nam quemadmodũ quiſq; eleemoſynas corporales potius tenetur filijs, & domeſticis elargiri, quã extraneis: ita prelatus, qui eſt pater ſpũalis, tenetur ſpũales eleemoſynas filijs impendere, magis quã priuatus homo alijs fratribus.

Sed dubium eſt circa hanc concluſionẽ, an aliquid teneant facere prælati precepto cor-

correptionis fraternæ, amplius quam priuatus homo.

Dominus Caietanus. 2. 2.q.33.art.2. q̃q̃ concedat concluſionē hanc: negat tñ pręlatum teneri præcepto correptionis fraternæ inquirere peccatores, magis quâ vnus de plebe: Quia hoc, inquit, eſſet obligare p̄latū nouo p̄cepto charitatis: cum tñ p̄ter p̄ceptū iuſtitiæ, quo tenet̄ corrigere tanq̃ iudex, non habeat particulare p̄ceptū correptionis fraternæ, niſi qđ habet priuatus homo. Nihilominus, vt arbitror, prælatus p̄ter præceptū iuſtitię, quo tenet̄ inquirere tanquā iudex diffamatos de crimine, vt dicemus inferius, tenet̄ præcepto fraternæ correptionis oculatius vigilare ſuper gregē, quā vnus de plebe, & accuratius inquirere crimina: nō quidem ordine iudiciali, vbi nō præceſſit infamia: ſed tñ tenet̄ eſſe magis attentus, vt cōiecturis poſſit rimari crimina ſubditorum, vt fraternaliter corripiat. Et primo credo eſſe ſnīam S. Th. ꝯ do. Caie. in illo loco quē ipſe exponit: puta, in ſolutione ad quartū. Ait. n. S. Tho. qđ illud quod debetur alicui determinatę perſonę, oportet quod ei expendamus, nō expectātes quod nobis occurrat, ſed debitam ſollicitudinem habentes, vt eum inquiramus: vnde, ſicut ille, quj debet pecuniam, debet

creditorem requirere,cũ tp̃s fuerit:ita qui habet ſp̃ualem curã alicuius,debet eũ quæ rere,ad hoc vt eum corrigat de peccato:& manifeſtũ eſt,quod nõ loquit̃ de correptio ne iudiciali,ſed de fraterna:vnde ſubiũgit, priuatos hoĩes nõ obligari ad inquirendũ corrigenda crimina,quibus ait Aug.de ver bis Dñi.Admoneris corripere,nõ quęrẽdo quid reprehẽdas,ſed vidẽdo quid corrigas.

Sed probat̃ adhuc reſponſio nr̃a. Nam quamquam non teneat̃ prælatus nouo prę cepto correptionis fraternæ:tamẽ illo cõi præcepto tenetur arctius, ob idq; rõne il lius tenetur facere aliquid, quod non tenẽ tur ſinguli de plebe. Et confirmat̃ hoc ma xime.Prælati præcepto correptionis frater næ tenentur quandoq; exponere vitam vt corripiant ſubditos,q̃n frater non tenet̃ vi tam exponere pro fratre,vt diximus q. pro xima. Ergo pari rõne tenẽtur taliter inqui rere crimina,qualiter non tenetur frater vt corrigat crimina fratris.Et tertio confirma tur.Quia propterea apud Ezechi. prælati di cuntur Speculatores, quibus officium eſt vigilare ſuper gregem : quia non ſolum te nentur præcepto iuſtitiæ inquirere crimi na,vt iudicialiter puniantur propter bonũ commune:ſed certe quia tenentur habere curam particulariter ſingularum perſo-

na-

narum,pp bonũ priuatũ cuiuſcunq;:& prę ſertim eccleſiaſtici plati,quib.cura & ſolli citudo incũbit,nõ ſolum peccata punire, quæ in forum publice deferunt, ſed occulte ẽt peccata fraternaliter emendare, atq; adeo purgare corda, & mentes ſubditorũ. Quare nõ ſatis eſt. eccleſiaſtico prælato forum hr̃e cauſarũ,vt prætores habẽt:at maior eorũ cura circa doctrinã & fraternam correptionẽ,quę a charitate procedit,eſſet collocãda.Sed ab ſit,vt os ponamus ĩ cęlũ.

Sed dubium eſt ſecundum, circa hanc tertiam concluſionem,vtrum patresfamilias teneantur maiori vinculo corripere filios,& domeſticos,quàm extraneos.

Reſpondet quarta concluſione.Quicũque tenetur corripere domeſticos potius quàm extraneos.Concluſio eſt Augu.quæ hr̃ c.Duo iſta,23.q.4. vbi ponit ſeptem conditiones perſonarum, quib.ab offõ incumbit correptio; vt ẽps debet corrigere plebem,paterfamilias domum, maritus vxorem,prætor prouinciam, rex regnum &c. & loquit de correptione fraterna:nam paterfamilias non põt corripere familiã, nec vxorem, nec filios, correptione iudiciali, & coerciua:quia non poteſt infligere pęnas legis: quare non tenetur arcere ſeruum a concubina expellendo eũ domo, niſi for- *Quarta cõclusio.*

pus morbus inuadat, ſi languor non fuerit curatus in capite. Sed quod arctius tenean tur p̄latos corripere, q̄ alios quoſcunq;, ēt q̄ patres tp̄ales, ex vltimis verbis recitatis ſumit primū arg. Nā accuratius tenent occurrere malo cōi, q̄ priuato: ſed peccata p̄latorū vergunt in perniciē publicam: vnde idē Greg. vt habet. 11. q. 3. c. præcipue Scire prælati debent, ꝙ ſi peruerſa vnq̄ perpetrāt tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos p̄ditionis exēpla trāſmittūt. Ergo ſubditi accuratius obſtringunt prælatos corripere, quàm quoſuis alios. Et ſecundo, quia ſubditi propēſius tenentur diligere prælatos quātum ad ſpiritualia, q̄ quoſcunq; alios, etiam quàm patres naturales. Nā ſicut in corporalib. poſt amorem patrum in filios, ſecūdum locum tenet amor filiorum in patres, ita in ſpiritualibus: Sed præceptū correptionis fraternæ eſt præceptum charitatis. Ergo preſſius obligat ſubditos reſpectu prælatorum, quàm reſpectu aliorū fratrū. Et tertio, quia prælati plus indigēt correptione, quā priuati homines: vnde Aug. in regula. Nō ſolum veſtri, ſed etiam ipſius (ſcilicet prælati) miſeremini, qui, quāto in loco ſuperiori, tāto in periculo maiori verſatur. Quarto id comprobatur. Quia inde grauius indigent prælati correptione, ꝙ ra-

riſſimi ſunt,qui prælatos & maiores corripiant.Nam alij verecundia,alij timore,alij ambitione gratiæ cõparandæ apud p̄latos, a correptione,erga p̄latos ꝓhibent:quę iniquiſſ.conditio & ſors infeliciſſ.eſt prælatorũ,& principũ:atq; adeo, quanto in ſublimiori gradu ſunt, tãto ſunt hoc beneficio peius priuati.At vero, quia iuſte ꝙ iuſtũ eſt exequi debemus,vt eſt Deu.16. plures ſunt obſeruãdæ circũſtãtiæ in correptione prælatorũ,q̃ priuatorũ hominũ.Primo, vt ſumma rõ habeat̃ famæ,& pudoris eorũ: nempe,vt de occultis criminibus occultiſſime corripiant̃.Nam,vt inquit Anacletus, ſnĩa, Cham filij Noe,damnant̃ qui ſuorũ doctorum,vel præpoſitorũ culpam produnt: ceu Cham,qui pudenda patris non operuit,ſed irridenda mõſtrauit. 2.q.7.c.Snĩa.Secũdo, vt nõ quicunq; de plebe p̄ſumat p̄latũ corripere,ſed ille qui ſit, & ſpectatæ virtutis, & prudentię.Nã ſi homo de plebe, & peccator tentaret corripere p̄latũ,ille eſſet, vt beſtia,quæ tãgit montẽ,& vt Oza,qui non erat dignus tenere arcã.Vnde Greg.in paſtorali:Sanctorũ vitã corrigere non præſumat,niſi qui de ſe meliora ſentit. Quod ſi arguas contra,quod aſina reprehendit Balaam.Reſpõdetur, inde ſolum ſumi exemplum,vt quiuis in cauſa propria, cum iniu-
ſte

ſte vexat a prælato, poſſit interrogare cauſam, vt ſe cõpurget, ſicut dixit aſina: Cur ꝑcutis me, ẽtiã tertio: nõne animal tuũ ſum? &c. Tertio, qui corripit ꝓlatũ, maxime epiſcopũ, aut principẽ, dẽt id facere cũ reuerẽtia, nõ increpando, ſed admonendo, vt dicit Paulus: hoc eſt explicando grauitatẽ flagitiorũ, q̃ augent ex dignitate perſonæ: & detrimentũ ſubditorũ, ꝙ patiunt ex malo exẽplo ſuperioris. Vnde Diony. in epi. ad Demophilũ, eũ reprehendit, ꝙ ſacerdotem irreuerenter correxerat. Quod ſi peccata ꝓlatorum fuerint in perniciem reipubl. tunc publice fas eſt illos reprehendere: primum, ſi ſit crimẽ hęreſis, nec Papę ipſi in hoc parcendum eſt, vt habetur. c. ſi Papa. 40. di. Vnde Paulus Petro in faciem reſtitit, Gal. 2. qa ſcandalũ dabat gentilibus in fide. Quod ſi quis arguat, quod adhuc in materia fidei, & ſcandali, nõ licet publice ſubditis reprehẽdere ꝓlatum, & gloſſa Hier. illic: Paulus Petrum reprehendit: quod nõ auderet, niſi ſe non imparem ſciret. Reſpondetur, quod omnis fidelis, quantumcunque minimus, cenſetur par cuicunque quãtumcunq; maximo in materia fidei, vt poſſit, & debeat ipſum reprehendere, & denunciare. Tãta eſt enim labes illius criminis, quod ad eius accuſationem, & ſerui aduerſus dominum, &

quilibet criminoſi,& infames aduerſus quẽ libet admittant.c.Præſumunt.2.q.7.Nec ſolũ in materia fidei,ſed qñ peccata prælatorũ ſunt ſcandaloſa, licet eos reprehendere publice,vt habet in c.Paulus dicit. eadẽ cã, & q.Immo Petrus nõ admiſerat peccatum hæreſis,ſed quia ſcandalũ dabat, nec adeo graue,vt eſſet mortale,reprehenſus eſt.Vnde Aug.illic.Petrus exemplũ maiorib. præbuit, vt ſicubi rectum tramitem reliquiſſent,non dedignarent a poſteriorib. corrigi Quinimo Xp̃s ipſe magiſter ſummus, q peccatũ non fecit,voluit legi correptionis ſe ſubijcere,vbi ait:Si male locutus ſum,teſtimoniũ perhibe de malo. At vero inter priuatas perſonas magis tenemur corripere eos,qui in vita ſp̃uali coniũctiores ſunt nobis q̃ alios:vt religioſi maiorẽ diligentiã adhibere tenent corripiendis fratrib.ſp̃ualibus,q̃ fratribus naturalibus. Atqui in ęquali neceſſitate ſtrictius obligamur meliorib. quã peioribus:vt ſi homo,alias probus, incipit labari,maiori cura tenemur eũ ſeruare,q̃ perditum hominẽ. Nam ex genere obiecti propenſius tenemur diligere meliores:ſed quia peiores vt plurimũ grauius indigent correptione, ex hac parte augetur quandoque obligatio reſpectu illorum.

Sexta concluſio. Sexta concluſio,Peccatores cuiuſcunq; ge-

generis ſint,tenent̄ pręcepto correptionis, atq; adeo,cū ſunt in peccato,poſſunt corripere.Prima pars probat̄.Præceptū charitatis oēs in vniuerſum obligat. Ergo peccatores rōne peccati nō liberant̄ illo præcepto : aliàs cōmodū reportarenr a peccato. Secūda pars probat̄.Duplex eſt correptio, vt dictū eſt,ſ.iudicialis,& frāterna:& a iudiciali correptione multi repellunt̄ rōne peccati,vt lege cauet̄.3.q.4.per totā,& alibi ſæpe in iure,vt videbimus in de accuſ. Infames.n. & publici peccatores, & excōicati accuſare nō poſſunt.nec ius dicere: & hoc quia ad publicū iudiciū requirit̄ ęſtimatio & opinio probitatis,& iudicis, & accuſatoris,& teſtium,vt fidem faciant: ſed tamen a correptione fraterna nullus repellit̄: quia de neceſſitate,& natura correptionis ſolū eſt docere,& perſuadere veritatē:quod qui cunque mentis,& rationis compos facere poteſt:& cum peccatum rationis vſum nō tollat, fit, vt peccatores nō ſint prorſus inhabiles correptioni.At vero peccatū multis modis extenuat, & impedit efficaciam correptionis.Primo,ex parte corripientis, quē indignū reddit,vt aliū corrigat, maxime ſi corripiens maiorib. criminib. ſit obnoxius.Vnde Hieron.ſuper illud Matth. 7. Quid vides feſtucā,&c. de his, inquit, lo-

qui.

quitur:qui cum mortali crimine detineantur obnoxij,minora peccata fratribus non concedunt.Et ſecundo ratione cōditionis peccati,vt puta,ſi publicus peccator publice corripit alios:tunc enim non ſolum correptio nihil prodeſt, immo nocet ratione ſcandali:nā ille non p̄ſumitur corrigere ex charitate, cū ſe ipſum prius non corrigat, ſed vt per bonā doctrinā propria celet flagitia,vt inquit Chryſ. ſuper eiſdem verbis, Matt.7.Et tertio ratione periculi. Nā peccator qui aliena peccata obiurgat, inde ſuperbia effert̄,ꝙ proximis ſeſe indigne præfert.Vnde Aug.in lib.de ſermone Domi.in monte.Accuſare vitia,officium eſt bonorū & beneuolorū:quod cū mali faciunt, alienas partes agunt. Et de peccatore publice ꝓdicante intelligitur illud Pſalm. Quare tu enarras,&c.vbi gloſſa. Quare cōi ſermone ad populū ꝓfers aliquid de mea maieſtate?

Sed eſt dubium,vtrum peccatorib. peccatum ſit corripere.Arguitur enim ad partem affirmatiuam:quia correptio eſt opus charitatis:peccator autem non eſt in charitate.Ergo ſi corripit,nunquam corripit ex charitate.

Reſpondetur,quod quicunq; peccator pōt ſine peccato corripere: immo meritoriè,ſi modo correptio fuerit circunſpecta:

pri-

primo,ne publicus peccator publice corripiat: nã illud eſſet peccatũ rõne ſcandali: deinde vt peccator corripiat,non increpãdo,& ſuperbe accuſando: ſed aut gemẽdo propriũ peccatũ,aut reprehendendo ſe ſimul cũ alio.Iſto mõ,& vſurarius,& meretrices,& perditiſſimi hoĩes poſſunt alios ſuæ farinæ corripere.Vnde Aug.in li.de ſermone Domini in monte,loco citato. Cogitemus,inquit,cum aliquẽ reprehendere nos neceſſitas cogit,vtrũ tale ſit vitiũ, ꝙ nunꝗ habuimus:& tunc cogitemus nos hoĩes eſſe,& habere potuiſſe:vel tale ꝙ aliqñ habuimus,& iã non habemus:& tunc tangit memoriã cõis fragilitas, vt illam correctionẽ non odiũ, ſed miſericordia ꝓcedat. Si aũt inuenerimus nos in eodem vitio eſſe,nõ obiurgemus,ſed congemiſcamus: vt nõ aliũ ſolum ad pœnitẽdum,ſed ad æqualiter conandũ inuitemus.Hæc Aug. Adde, quod nõ ſolum peccatori meritũ eſt aliũ corripere:ſed certe meritũ pecculariter,accommodum ab obtinendam remiſſionem proprij peccati. Nam opera miſericordiæ peculiariter conducunt ad remiſſionem peccatorum,ſecundum illud Daniel.4.Pecata tua eleemoſynis redime.Sed maxime ad id confert remittere aliena peccata, ſecundũ illud Matth.6.Dimitte nobis debita noſtra

ſi-

ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris: cui proximũ eſt corripere fratrẽ. Vnde ad argm̃ mõ factũ, reſpõdetur, ꝙ quàmq̃ correptio non procedat ex habitu charitatis infuſo: ſufficit tñ ad implendũ præceptum quantum ad ſubſtantiã, atq; adeo vt inter alios bonos mores ſit laudabilis, ꝙ procedat ex naturali charitate. Sed tandẽ adnotauerim, ꝙ ſi eſſet quiſpiã tã perditus, & infamis homo, vt correptio ſua prorſus redderet inutilis, tunc non teneret̃ pcepto correptionis: nam ad opus vanum obligat̃ nemo. Quod, ſi ꝯ arguas, quod tunc peccator teneret̃ reſipiſcere, vt poſſit corripere (qđ inſinuat Ric. 4. diſt. 19. art. 2. q. 2, ad 1. & Palu q. 3.) aliàs peccatum eſſet ei commodũ, cum eum excuſaret a pręcepto. Reſpondetur; quod nemo obligatur ad opera miſericordiæ, niſi quãdo habet facultatem exhibendi. Vnde, ſicut nõ tenetur quis recuperare perditam pecuniam ad ſubueniẽdum pauperibus, quamuis poſſet, niſi forte in extrema neceſſitate: nec tenetur procurare ſcientiam, quæ requiritur ad corripiendũ: ita nec tenetur reſipiſcere a peccato ea ratione, vt adimpleat pręceptũ correptionis. Nec propterea eſt cuipiam cõmodum peccatum: nam cuicunq; ſalubrius eſſet agere in gratia, quã excuſari ab aliqua lege Dei.

At

At vero prælati, quia rõne officij ſemper tenentur ad correptionẽ, re vera obligãt tales eſſe, vt ſuo exemplo, & correptione prodeſſe poſſint, quare ſi ſunt publici peccatores, tenentur, aut abire officio, aut taliter corrigi, vt frugi eſſe poſſint ſubditis.

Ad primum argm̃ reſponſum eſt in tertia concluſione. Probãt.n.illa teſtimonia, prælatos arctius teneri pręcepto correptionis, quàm priuatos hoĩes, non tamen excipiunt quemquam ab illo præcepto. Vnde Aug.1.de ciui Dei, c.9. Ad hoc populorum præpoſiti conſtituti ſunt in eccleſijs, vt nõ parcant obiurgando peccata. Nec iõ tamẽ ab huiuſcemodi culpa pęnitus alienus eſt, qui licet præpoſitus nõ ſit, in eis tamẽ quibus vitæ huius neceſſitate cõiungit, multa monenda, vel arguenda nouit, & negligit.

Ad ſecundum reſpondetur, argm̃ non probare quòd non liceat oẽs peccatores corripere; ſed quod non ſemper oporteat vſque ad denunciationem procedere, quãdo illi qui corriguntur nõ habent ſuperiores prælatos, quibus conuincantur. Vnde, quando Papa ſecreta admonitione nõ emẽdatur, illic ſiſtendum eſt, niſi ſit in crimine hæreſis: quia Papa non poteſt denunciari niſi quando poteſt accuſari, vt notat gloſſa cap. Si Papa. 40. diſt. Item, in corre-

ptione infidelium, ſi corripiant̃ de crimini bus ꝯ legẽ ſuam, denunciandi ſunt ꝑpoſitis ſuis: ſi mō apud illos notitia fuerit fraternæ correptiōis. Et hoc eſt qđ dicit Pau. 1. Cor. 5. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare? ideſt: Nos non poſſumus eos in iudicio cō pellere, niſi, aut nobis infeſti eſſent, aut nr̃a detinerẽt, aut eſſent fidei contumelioſi: at de infidelitate admonere illos licet, & increpare, & ad fidẽ pro viribus appellare: vt notat̃, c. Infidelis, 23. q. 4. Sed tñ denũciare illos vanũ eſſet, poſtquã compelli iuridice nõ poſſunt ad fidem. Et eadem rõne meretrices & vſurarios publicos ſanctiſsimũ eſt corripere: imò præceptum, ſi ſit ſpes emendæ. Sed verba Auguſtini hoc ſolũ ſonant, vt principes impune permittant meretrices, ad euitandũ maiora mala. Cũ hereticis vero poſt ſecundam monitionẽ non licet diſputare, nec conuerſari, vbi ſuit periculũ ne nos peruertant. Qui tñ certo ſperaret hereticum lucrari, poſſet & deberet ipſum corripere. Sed cum excõicatis, quamquã non licet cibum ſumere, licet tamen correptionis gratia conuerſari. Vnde idẽ Apoſtolus, qui Corinthijs interdixerat cum excõmunicatis cibũ ſumere, admonet Theſſalonicenſes: Si quis non obedit verbo noſtro, hunc notate, & ne commiſceamini

cum

cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. 2. Theſſ. 3.

Ad tertium argumentum late reſponſum eſt in quinta concluſione. Non enim argumentum probat, quod non debeant ſubditi corripere prælatos, ſed quod debeant id reuerenter pręſtare.

Et eadem rõne reſponſum eſt ad quartum in ſexta concluſione. Sed ad illud de pęnit. diſt. 6. Potentiſſimum eſt crimen ſacerdotum, &c. Reſpondetur, illud intelligi de ſacerdotibus miniſtrantib. ſacramenta in mortali: quod eſt mortale, niſi forſan quando miniſtratur baptiſmus in extrema neceſſitate, citra ſollemnitatem.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum ordo euangelicus fraternæ correptionis cadat ſub pręcepto.

SVMMAE.

1 *Peccatum publicum non in ſecreto corripiendum eſt, ſed publice arguendum.*

2 *Peccata pernicioſa reipublicæ aut proximo, ſtatim denuncianda ſunt.*

3 *Crimen ſecretum, quod non eſt pernicioſum niſi peccanti, ante denunciationem, et ante teſtium*

ſtium inductionem, ſecreta monitione corripiendum eſt.

4 *Si ſecreta admonitione corrigitur frater, ita vt nullum ſit reliquum recidendi periculum, illic ſiſtendum.*

5 *Quando frater ſecreta monitione non corripitur, tunc adhibendi ſunt vnus aut duo teſtes antequam denuncietur prælato.*

6 *Si correptio coram teſtibus facta; corrigere non ſufficit, denunciandus eſt frater prælato.*

7 *Prælatus, quando ſubditus fraterne denunciatur, non habet ius plectendi ſtatim ſubditum pœna iuris, quamuis crimen idoneis teſtibus probari poſſit.*

8 *Si crimen idoneis teſtibus probari non poteſt, nec ſit infamia, nec indicia ſufficientia ad inquiſitionem: tunc Prælatus nihil aliud facere poteſt, quam orare pro ſubdito, & admonere illum, & expectare dum ſint indicia ad inquirendum, aut teſtes ad conuincendum delictum.*

QVarto quæritur, Vtrum ordo euãgelicus fraternæ correptiõis cadat ſub præcepto. Ad partem negatiuam arguitur, quod non ſit neceſſario a ſecreta monitione inchoandum. Deus, cuius nos vult Paulus imitatores eſſe, Eph. 5. occultos peccatores nonnunquã publice abſq; præuia monitione caſtigat: vnde Apoſtolus 1. Corin.

11.

11.dicit pp occulta peccata,& maxime indigne ſumentium Euchariſtiã infirmos eſſe multos,& dormire multos. Et ſancti, ex quorum geſtis conijcere oportet, qualiter ſunt præcepta ſcripturæ ſacræ intelligẽda, vt inquit Aug.in lib.ꝯ mendaciũ,ſępe legũtur publice denũciaſſe quos antea ſecreto non admonuerant: vt Ioſeph Gen.37.legit accuſaſſe fratres ſuos apud patrẽ de crimine peſſimo.& Petrus Act.5.refert, publice reprehendiſſe Ananiã & Saphiram, qui occulte defraudauerant de pretio agri: in quibus locis nulla fit mentio de ſecreta monitione.& Leui.5.præcipitur, vt qui audierit vocẽ falſo iurantis, ſtatim indicet crimen: vbi nec commemorat. vt fiat aliqua monitio. Neq; Aug.22.q.5.c. Hoc vr. exponens illud præceptum, meminit de aliqua monitione: ſed dicit indicandum eſſe occultum crimen illis, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe. Ergo nulla ẽ neceſſaria ſecreta monitio, ante denunciationẽ fraternã. Et cõfirmat argm̃ vſu religioſorũ, qui eſt, vt fratres proclament in capitulo, quãuis nõ fuerint ſecreto præmoniti. Et ſecundo confirmat. Grauior eſt accuſatio, qua publica petitur punitio; quã denunciatio, qua ſola intenditur emendatio fratris: & ante accuſationem nulla eſt neceſſaria admonitio, ſed ſo

la inſcriptio cāæ, vt habetur. c. Super his. & c. Qualiter & quando. el ſecundo, de accuſa. Ergo nec denunciationem fraternam neceſſum eſt vt admonitio præcedat.

Secundo arguit, qđ non oporteat poſt admonitionē teſtes ante denunciationem adhiberi. Aut. n. peccatū eſt publicū, & tūc, vt dictum eſt, publice arguendum eſt: nam quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt. 2. q. 1. c. Prohibentē. Aut eſt ſecretū, quod tamen probari pōt: & tunc non vr̄ opus eſſe nouis teſtib. quia pōt probari. At ſi peccatum eſt ſimpliciter ſecretum, tunc, vel adducendi ſunt teſtes ad probandum crimen præteritū, & hoc eſſet vanū, poſtquā probari non pōt, vel ad obſeruandum, & capiendum peccatorem ſi reciderit in futurum; & hoc apparet non eſſe licitum; quia, vt dicit Augu. in lib. de verbis Domini, non debemus eſſe exploratores vitæ aliorū. Ergo nullatenus, dum crimen eſt oīno ſecretum, ius eſt adhibere teſtes.

Tertio, & principaliter arguitur. Aug in regula admonet, vt prius præpoſito crimē oſtendatur, quam teſtibus. Ergo inductio teſtium non debet antecedere denunciationem, ſed vice verſa.

Quarto, & poſtremo hæc oīa confirmātur. Obedientia quæ debetur prælato, præſtan-

ſtantior eſt,quã iuſtitia,quæ debẽt priuatis hominib. Sed quandoq; prælatus interrogat ſubditũ in ireiurando occultũ crimẽ fratris ante admonitionem,& inductionẽ teſtium. Ergo tunc tenetur, prætermiſſo ordine euangelico, veritatem patefacere.

In contrarium eſt præceptum euangelicum,quo, vt ſupra adnotauimus, explicatur ordo iuris naturalis in correptione fraterna obſeruandus.

QVæſtio hæc de ordine fraternæ correptionis præcipua eſt huius materiæ: vtpote,quo ſeruando, aut anteuertẽdo ius & iniuria ſecreti tegendi,& detegendi conſiſtat.Atqui,ordo correptionis, vt verba ſonant euangelica, tribus membris conſtat, quæ ſunt ſecreta admonitio,teſtium inductio, & fraterna demum denunciatio:nam inobedientis excommunicatio ad iudicialem ſpectat correctionem. Et, vt de ſingulis perſpicue dicamus, reſpondetur ad q. octo concluſionib: At,illius in primis meminiſſe opus eſt,quod ſupra ſtatuimus fundamenti: videlicet, correptionis fraternæ eum eſſe finẽ,vt frater corrigatur,& emendetur:ſed accuſationis, & inquiſitionis finis eſt,vt puniatur.Quare, de crimine fratris diſtinguendum eſt. Aut enim publicũ eſt,aut ſecretum.

Prima cõcluſio. Si primũ, tunc eſt prima concluſio. Peccatũ publicũ non in ſecreto corripiendum eſt, ſed publice arguendũ. Nã finis tunc nõ eſt ſola emẽdatio fratris, ſed quo illi quib. ſcandalũ datũ eſt, & occaſio peccandi, exẽplum capiant, & terrore arceantur. De quo peccatorũ genere inquit Pau. 1. Tim. 5. Peccantes coram oĩb. argue, vt & cæteri timorem habeant. & de pęni. & remiſ. c. 1. Manifeſta peccata nõ ſunt occulta correctione purganda. & 2. q. 1. c. Si peccauerit. Corripiẽda ipſa ſunt corã oĩb. quæ peccant coram oĩbus: ipſa vero corripienda ſunt ſecretius, quæ peccant ſecretius. Diſtingue tpa, & concordabis ſcripturas, ſ. illam: Si peccauerit in te, corripe inter te, & ipſum: & illam: Peccantem coram oĩb. argue. Sed concluſio primũ intelligitur de peccato publico, quod eſt notoriũ notorietate facti: quod videlicet nulla tergiuerſatione celari põt: nã alia, ẽt ſi probabilia ſint, & infamia laborẽt, non ſunt continuo publice corripienda. Atqui ſecundũ intelligit non ſolũ de peccatis, quæ ſunt in pręiudicium reipubl. aut tertiæ perſonæ: ſed de quibuſcunque qũocunq; ſcandaloſis. At percontatur quiſpiã, an ad publicam correction em ſoli prælati teneantur: nam poſtquam eiuſmodi correctio non fit gratia fratris emendandi, non

eſt fraterna, atque adeo, nec obligare videtur priuatos homines Reſpondetur, priuatos et hoies teneri publice reprehendere fratrē in conſpectu populi delinquentem: qm̃ p̃cepto charitatis non ſolum tenemur corripere fratrē, ſed ſuccurrere ſcandalo aliorū. Hoc veruntamen differt, ꝙ prælati tenent̃ p̃cepto iuſtitiæ publice corripere: priuati vero ſolū p̃cepto charitatis. Quocirca hi nō tenent̃ ad publicā correctionē, niſi ſicut ad alia opera charitatis: vt pote, q̃n id poſſunt ſine notabili detrimento p̄ſtare. Qui.n.timeret honori, aut vitæ ſuæ, ſi corriperet quēpiā publice, tunc non aſtringitur niſi forſan dū peccatū grauiter læderet honorē Dei. Si.n.ſacrilegus homo impie blaſphemaret nomē Dei, vnde offendiculum præſentib. obijceret cōtemnendi diuinum nomen, obligatus eſſet quicunque blaſphemiam retundere. Et ille eſt caſus quo obligat præceptū dilectionis Dei, & quandoq; cum periculo vitæ. Sed q̃uis tenetur quiſq; notorium peccatum ſcandaloſum ſtatim in facie reprehendere: non tamen obligamur ſtatim denunciare iudici, quando non vergit in perniciē publicam: quia multa licent, q̄ nō expediunt. 1.Cor.6.& 10. Quare peccata priuata corripiēda ſunt eo modo, qui melius cōducit ad emēdationē fratris.

Si vero peccatū ſit ſecretū, tunc ſubdiſtinguendū eſt. Aut. n. vergit in perniciem publicam, in nocumentūue proximi. Et de hoc eſt ſcda concluſio. Peccata pernicioſa reip. aut proximo, ſtatim denuncianda ſūt. Probat̄; quia ſi ſunt ꝯ bonū publicū, illud præferendū eſt particulari, qualis eſt fama delinquentis. Et quàmq̄ nō ſint niſi ꝯ priuatā pſonā, melior eſt in hoc cōditio iniuriā patientis, quā inferentis: atq; adeo potius debemus conſulere illi, denunciando, quā huic, tacēdo. Moderātur tamen Doctores concluſionē hoc modo: Niſi forte quis firmiter æſtimaret, ꝙ ſtatim per ſecretam admonitionē poſſet huiuſmodi mala impedire. Verba ſunt S. Th. 2. 2. q. 37. art. 7. cui ſubſcribunt doctores theologi 4. diſt. 19. & Iuriſconſulti ſuper c. Nouit. de iudi. & ſuper c. Si peccauerit. 2. q. 1. Nos tamen perſpicaciter cenſemus audiendam eſſe hāc moderationem. Nam quādo peccata ſunt in perniciem publicam, vt proditio ciuitatis, aut crimen læſæ maieſtatis, aut hæreſis, quā rariſſime vſu venire poteſt, vt priuatus homo poſſet abūde ſuccurrere huiuſmodi contagiouibus. Et ideo dicit S. Th. Niſi forte qs firmiter ęſtimaret &c. Atque adeo, non eſt, qui debeat cōfidere ſoli correptioni ſecretę, & priuatę, niſi vir forte magnæ auctoritatis,

Secūda cō cluſio.

tatis,& efficaciæ: cui cōpertiſſimū eſſet per ſecretā monitionē poſſe penitus extinguere id genus flagitia. Quapropter in proditione, vt plurimū, & hæreſi, ſtatim procedēdū eſt ad denunciationē. Id vel maxime, ſi ſit hæreticus dogmatizans, quales fere ſunt hæretici oēs: de quib. iuſtiſſima lex eſt, vt quamprimū abſq; aliqua p̄uia admonitione denuncient. Sed qn̄ peccatū ſecretū eſt in p̄iudiciū tertij priuati hoīs, non imminet tm̄ periculi ſi ſecrete corripiatur: vt cū ſecreto noui latronē, qui furatus eſt bona proximi, ſatis eſt ſi dē operā vt ſecreto reſtituat, alias teneor denūciare: mō id poſsem ſine detrimēto meo: quia ſolū ad id teneor ex p̄cepto charitatis. Nec vetat, quod quis iureiurando fidem ſecreti promiſerit, quominus teneatur huiuſmodi crimina manifeſtare. Sed quid, ſi ſecreto ſcio Petrū inſidias parare Paulo, quem certus eſt occidere, nec cohibere poſſum? Nam Iuriſconſultus quidam temporibus noſtris Maioricæ cēſebat in tali caſu denunciandum eſſe, ēt iudici. Nihilominus reſpondetur, quod dū crimen omnino eſt occultum, ita vt probari non poſſet, denūciandum eſt illi, qui ſolum poſſet prodeſſe, & non obeſſe, ſecūdū Aug. 22. q. 5. c. Hoc videtur. vt docte reſpondit tunc do. Adria. quia crimen ꝙ proba-

ri nõ poteſt,nec per infamiam,aut per indicia diſquiri,iudici tamq̃ iudici denunciari non licet. At vero in caſu poſito, quo Petrus parabat inſidias Paulo, ſi nullo alio mõ ille qui ſciebat,poterat illum amouere ab homicidio,deberet certe denũciare Paulo,vt ipſe ſibi prouideret,& Paulo licet denunciare hoſtẽ iudici,tamq̃ iudici, vt ſe p̃tegeret. Verum eſt tñ,ꝙ in his criminib. ſecretis,& pernicioſis detegendis, cauendũ eſt,vt q̃ minimo fieri poſſit nocumento famæ detegantur,ſi ſunt ſecreta: & ſi damna publica,aut priuata euitari poſſunt per reuelationẽ in genere, non fiat reuelatio in particulari.Et ſi fieri poteſt,nõ eſt reuelanda perſona,ſi ſatis eſt reuelare crimen, aut alia via euitare illud.Sed ſi nullatenus euitari poſſunt grauia damna,niſi reueletur perſona,reuelãda eſt,niſi ſit ſecretũ ſacramẽti confeſſionis.Si tñ crimen probari põt,ꝙ eſt in perniciẽ publicã,denunciari põt iudicialiter,& accuſari, vt dicemus q. ſeq. Sed dubiũ eſt vtrum clericis liceat hmõi pernicioſa crimina reuelare,maxime qñ eſt periculum effuſionis ſanguinis:vt puta, ſi reuelẽt latro,aut proditor,aut hæreticus. Et videtur id non eſſe licitum:nam in Concilio Toletano.23.q.8.c.His a quibus. & c.Clericus & c.Sententiam.& extra,Ne clerici,vel

monachi.prohibentur clerici ſentētiā ſanguinis proferre:aut quoquo modo ſe immiſcere iudicio ſanguinis.Et quāuis,c. Prælatis,de homi.lib.6.fiat illis facultas petendi emendam in ſeculari iudicio a malefactoribus in cauſſis proprijs:tamen non datur facultas in cauſſis alienis proximorum.

Reſpondetur cum Caie.2.2.q.33.ar.7.licitum eſſe hoc clericis,etiam ſacerdotibus non ſolum quando peccatum eſt pernicioſum reipubl.ſed quando eſt in detrimentū graue tertiæ perſonæ: dummodo id faciāt proteſtantes,nō reuelare huiuſmodi criminoſos petendo vindictā ſanguinis:ſed quo euitent damna.Nam,quamq̃ in d.c.Prælatis ſolum exprimatur facultas defendendi cauſas proprias,ēt cum periculo ſanguinis:tñ iure naturali extendit illa facultas ēt ad cauſas proximorum.Quia licet Eccleſia ꝓhibeat clericis, quæ licita eſſent laicis, vt venationes:tñ non cenſetur prohibere illa, ad quæ tenentur iure naturali: & vnicuiq; iure naturali mandatum eſt de proximo. *Tertia concluſio.*

At ſi crimen occultum ſolum eſt in malum peccantis,de hoc eſt tertia concluſio. Crimen ſecretum,ꝙ non eſt pernicioſum niſi peccāti,ante denunciationem, & ante teſtium inductionē,ſecreta monitione corripiendum eſt.Probatur concluſio: primo

ex verbis euangelij, Matt. 18. Si peccauerit in te frater, corripe eũ inter te, & ipſum ſolũ: q̃ verba peculiariter intelligunt de huiuſmodi peccatis. Vnde Aug. loco ſæpe citato, ſermone. 16. de verbis Domini, qui refertur. 2. q. 1. c. Si peccauerit. Si peccauerit, inquit, te frater, corripe eũ inter te, & ipſum ſolũ: Quare? quia in te peccauit. Quid eſt: In te peccauit? Tu ſcis, quia peccauit. Quia. n. ſecretũ fuit, qñ in te peccauit, ſecretũ q̃re, cũ corrigis ꝙ peccauit in te: nã ſi ſolus noſtri, quia peccauit in te: & eũ vis corã oĩbus arguere, nõ eris corrector erroris, ſed proditor. Quare illa particula, In te, non eſt exponẽda: Si te iniuria affecerit (quæ eſt gloſſa inter linearis:) ſed intelligenda eſt de omni peccato, ꝙ fit corã te, vt notauimus. q. 2. Vnde ſubiungit Auguſtinus: Sic agendum eſt non ſolum quando in nos peccatur, ſed etiam quãdo peccatur ab alio, & ab altero neſcitur. Nã quodcunq; peccatũ fiat corã me, eſt quodam modo aduerſum me, quia mihi eſt offendiculũ: vnde quodammodo iniuria afficior, quod peccator præſentiam meam non veretur. Et forſan iſte eſt ſenſus illius gloſſę interlinearis, Si te iniuria affecerit. Et ſecundo concluſio probatur ratione. Differt enim correptio fraterna ab accuſatione, & inquiſitione: quia finis

cor-

correptionis, eſt emẽdatio fratris: accuſationis vero,& inquiſitionis,punitio. Ergo correptio eo mõ fieri dẽt,qui melius cõducat ad eius emendationẽ, fama vero plurimũ iuuat vt peccator reſipiſcat. Vnde Hieron. Seorſum corripiendus eſt frater, ne ſi ſemel pudorẽ,& verecundiã amiſerit,remaneat in peccato.Ergo primũ omniũ tentandũ eſt, vt peccata, ſalua peccatoris fama, corrigantur.Et confirmatur exemplo medici corporalis: qui quã minimo fieri poſſit diſpendio,tenetẽ ęgroto mederi. Vt n. q ſanare poſſet ſine abſciſſione membri,grauem inferret iniuriã abſcindendo: ita qui fratrem corrigere poſſet ſine diſpendio famæ,quæ pretioſum bonũ eſt, iniuſtiſſimus eſſet diffamãdo.Quocirca,de accuſ.c.Qualiter & quando.2.habetur:Et ſi tribus modis poſſit procedi,per accuſationem,videlicet,denunciationem,& inquiſitionem: tamen,vt diligens adhibeatur omnibus cautela,ne forte per breue cõpendium ad graue diſpendium veniatur: ſicut accuſationẽ legitima dẽt præcedere inſcriptio,ſic & denunciationẽ charitatiua monitio,& inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire.Et 2.q.7.ca. Accuſatio.1. excommunicantur qui ſacerdotes ante charitatiuam monitionem lacerare,aut accuſare præſumpſerint.

Sed

Primum dubium. Sed mouentur circa hanc concluſionē dubia nonnulla. Primum aduerſus diſtinctionē inter peccatū illud, ꝙ eſt in perniciē publicā, & illud ꝙ priuatim cedit in malū peccatoris Eſt argm̄. Omnia cuiuſcunque generis peccata videnť offendere bonum publicū, nullū.n.eſt peccatū, ꝙ non ſit in ſcandalū, & malū exēplū fratribus. Ergo vniuerſa deberent ſtatim denunciari. Multum refert hic ſcire, q̄ peccata dicunť in perniciem publicā, & pro hac materia correptionis, & pro materia accuſationis, & pſertim pro materia inquiſitionis: nā ſunt q putāt omnia peccata eſſe in perniciem publicā.

Reſpondetur ergo, quod illa ſola peccata cenſentur in pſentiarum, & in ſequentibus, in perniciē publicā, quę habent pro obiecto proximo bonū publicū: puta, quæ ex genere ſuo contagioſa ſunt, & contamināt rempublicam, vt hæreſes, & ꝓditiones: nā huiuſmodi homines peruertere moliūtur populum. Itē, ambitio, & ſubornatio ſuffragiorum in cathedris, & in alijs electionib. & in vniuerſum, quando quis in aliquo cōuentu, aut ciuitate ſatagit peruertere fratres. Hæc enim ſunt quę ſtatim ſine admonitione, ſi ſit periculum, ſunt denunciāda, & accuſanda. Item, compilatio ęrarij publici, crimē læſæ maieſtatis. Sed adulteriū, homi-

micidiū,& ſimplex furtū,non ſunt proprie in perniciem publicam:quia ſunt aduerſus priuatas perſonas:& iō hmōi peccata vocabimus in præiudicium tertij. Latrones vero publici,qui vias publicas obſident, ij cēſentur in rempub.peccare: nempe, quorū aīus eſt quoſcunq; de populo occidere, & depredari:ſed fornicatio,& gula,& ſimilia ſunt omnino priuata. Ex quo ſequit̄ ad intelligentiam dicendorum,quod peccatum publicum,vno mō dicitur, vt diſtinguitur contra ſecretum,vt ſupra diximus:alio modo, vt diſtinguitur contra priuatum, quia ſcilicet fit in perniciem publicam.

Alterum dubiū eſt,vtrū ſecreta admonitio in hmōi peccatis priuatis debeat ſemper neceſſario præcedere in quocunq; peccato qūocunq; occulto,quamquā ſit notū plurib.aut de illo ſit infamia. Nam videtur non eſſe neceſſaria, quando peccatum eſt plurib.notum; ſed tunc licitum eſſe ſtatim corripere coram alijs qui ſciunt crimen, poſtquā tunc non violatur fama proximi. *Secundum dubium.*

Reſpondet̄,qđ quamuis peccatū ſit plurimis notum,non eſt ſtatim coram alijs, & ſcientibus,arguendum; nam quamquā nō lædatur fama,læditur tamen pudor, & verecundia proximi, cū reprehendit̄ in præſentia plurium. Obidque experiendū eſt

prius

prius, an per ſecretam admonitionẽ frater corrigatur. Quod ego noto in illis verbis Aug. 2.q.1.c.Si peccauerit.Forte qđ ſcis,& ego ſcio:non tñ, coram, te corripio: quia curare volo,nõ accuſare.Vbi docet, quod nec coram illo qui ſcit,corripiendus ſit in principio frater.

Tertiũ dubium. Tertium dubiũ eſt, An quãdo ego ſolus noui crimen fratris,liceat antequam illum admoneam,id patefacere amico illius, qui commodius,quàm ego poſſit eum corripere.Vr̃ namq; hoc eſſe licitum, poſtquàm confert vt facilius frater corrigatur.

Reſpondetur,quod nullo mõ ſine extrema neceſſitate licet crimen occultũ fratris ante admonitionẽ,quãtuncunq; cordatiſſimo,& eius amiciſſimo,detegere. Sunt.n. qui ignorãter putãt nõ diffamare fratrẽ,qñ amico illius ſecreto reuelant occulta eius peccata: cũ tñ optarẽ ego peccata mea nota eſſe trib.aut quatuor,quam vni grauiſſimo,& mihi coniũctiſſimo viro:ſane cuius bonã de me æſtimationẽ pluris facio, quã ſi quatuor alij bene de me opinarent. Sed quãdo illi,qui ſcit crimẽ,non pateret acceſſus ad fratrẽ,qui eſt in peccato: aut cõpertiſſimũ illi eſſet ſuã admonitionem nihil profuturã, tũc licitũ eſſet alteri inſinuare, qui id vtiliter faciat. Atqui, conſulerẽ ego

tunc vt prælato primũ id tanquã patri inſinuaret, dũ tamen ille eſſet qualẽ oporteret eſſe prælatũ, vtputa, qui prodeſſe poſſit, nõ obſſe fratri. Nam, poſtquã in correptione fraterna tandem procedendũ eſt vſque ad denunciationẽ, quæ fit p̃lato, optime cõſulitur famæ fratris, ſi, quando eſt neceſſariũ, ſoli prælato denunciet. Et in hoc caſu con ſentirẽ cũ Ricardo in 4. diſt. 19. art. 4. q̃one prima, vbi ait, q̃d ante ſecretã monitionẽ põt fieri denunciatio prælato tanquã patri, atq; adeo, q̃d prælatus põt ad id cõpellere ſubditos. Conſentirem, inquã, caſu q̃d ſubditus certiſſimus eſſet nihil profuturã ſuã admonitionem; aliàs profectò iniuſtitiã faceret, qui ante monitionem denunciaret prælato, nam fama ſubditi apud prælatum magni æſtimanda eſt, & iõ ſine extrema neceſſitate non eſt prodigenda. Nec prelatus põt ad id compellere, imò in viſitatione debet monere vt occulta peccata non denuncientur, niſi preuia admonitione. Et Auguſt. in regula, quãquam dicat, ante inductionem teſtium denunciandum eſſe fratrem prælato tanquam patri, non tamẽ id permittit ante monitionem.

Quinta concluſio. Si ſecreta admonitione corrigit frater, ita vt nullũ ſit reliquũ recidendi periculum, illic ſiſtendũ eſt. Qua- *Quinta cõcluſio.*

pro-

propter caute legendus eſt Ricardus in loco mō citato, vbi dicit, quod quanquā frater ſit correptus per ſecretam admonitionem, denunciandus eſt tñ prælato, vt obſeruet ipſum a recidiuo. Intelligitur.n.dū correptus adhuc manet in periculo veroſimili: aliàs nullatenus denunciandus eſt, poſtquam correptor cōſecutus eſt finem correptionis: quia lucratus eſt fratrē, iuxta illud: Si te audierit, lucratus es fratrem tuū: vbi inſinuatur illic eſſe ſiſtendum. Quare, iniuria eſt fratrem emendatum denunciare.

Quinta cōcluſio. Quinta concluſio. Qñ frater ſecreta monitione non corripit, tunc adhibendi ſunt vnus aut duo teſtes, antequā denunciet prælato. Concluſio hæc oīb. concorditer eſt receptiſſima: quia eſt in euāgelio; non tñ oēs eodem ſenſu eā intelligunt: ſunt.n. duę opiniones, vt meminit S. Th. 2.2. q.33. art. 8. ad 1. Dicunt quidam, qđ qñ peccatum eſt occultū in ſecundo gradu, vt diximus ante primam qōnem huius ſecundi membri: vt puta, quando plures ſciunt per quos iuridice probari pōt: tunc habet locum ordo euangelicus, & adhibendi ſunt teſtes in correptione, non quidē noui, ſed illi quib. aliàs notum eſt crimen. Sed quando peccatum eſt oīno ſecretum, vt pote, qđ ſolus ſcit ille qui admonuit: tunc non ſunt adhibendi

teſtes

teſtes,nec de illo loquit̃ euangelium.Quare, ſiue frater corrigat̃ ſecreta admonitione,ſiue nõ,illic ſiſtendum eſt,quoadusque ſint aliqua indicia uel teſtes per quos conuincat̃. Quã opinionẽ ſuſtinet Durãdus 4. diſt. 19.q. 4. ſed ante tenuit illã Alti. lib. 3. tract. 25. c. 1. vnde deſumpſit eam Durandus. Addit tñ,q̃d poterit tale peccatũ ſecretum ſine teſtiũ inductione reuelari prælato in ſecreto tãquã patri,qui poſſit prodeſſe,& nõ obeſſe.Subſcribunt huic opinioni nonnulli Canoniſtæ. Quæ opinio fundat̃ in argumento, q̃d ſecundo loco poſuimus ante q̃onem. Enimuero, q̃n peccatum eſt oĩno ſecretũ, aut adhibẽdi ſunt noui teſtes ad probandũ præteritũ crimen; & illud eſſet vanũ,poſtquam probari non põt:aut ad obſeruandum peccatorem, ſi in futurũ reciderit;& hoc eſt iniurioſum:quia,vt dicit Aug.nõ debemus eſſe exploratores alienæ vitæ.Imò tunc,dicit Durãdus, magis eſſet ſecundum charitatem indicandum illi qui poſſit impedire, quã illi qui poſſit capere peccatorem in delicto. Nec põt dici, inq̃t Durandus, adhibendos eſſe teſtes ad probandum,quando denũcietur, quod frater fuit prius admonitus : hoc enim eſſet ſine fructu. Nam quando denuncians non probat crimẽ per teſtes criminis,vanũ eſt pro-

bare ſe admonuiſſe: quia non poteſt tunc iudex procedere ad punitionem, vt ſtatim dicturi ſumus.

Et ſecundo arguit Durandus. Quia ſi, dum crimen eſt oīno ſecretū, quis addit teſtes, exponit periculo talionis: nā reus pōt illum conuenire de infamia: & ideo puniēdus eſt, ſi non probauerit crimen.

Et vltimo nos arguimus in gratiā illius opinionis. Nemo hēt ius diffamandi proximū ipſo inuito, nec pp eius bonū ſpūale: Sed qui reuelat crimen illis, qui nō norūt, quodammodo diffamat fratrē. Ergo illud non licet. Probat maior. Nullus habet ius nocendi proximo in bonis tpalib. pp bonum ſpūale: licet enim nulli rapere bona proximi, ne illa alea, & ſcortatione dilapidet: ſed fama pretioſius bonum eſt, quā exteræ facultates. ergo nec ius eſt lædere famam proximi, quo arceatur a peccato.

His verumtamen non obſtantib. opinio eſt S. Th. loco citato, & Ricar. & Palu. in 4. diſt. 19. & Gabr. in cano. lect. 74. & Caie. & Tholologorum, quos ego viderim, præter Durandum, & Atiſiodorēſem, quod quinta concluſio debet intelligi ēt de crimine quantumcunque occulto. & Adri. idē ſentit. Et puto, ſi oculate res inſpiciatur, neutiquam poſſe recta ratione inficiari, quin de

beant

beãt adhiberi teſtes noui in crimine occul to, ſi mõ ſperet emenda. Et probat̄ primo ex verbis euangelicis, vbi nihil diſtinguitur de hoc, aut illo peccato, ſed in vniuerſum præcipit̄. Si te non audierit, adhibe vnũ, aut duos teſtes: vnde ſubinde conſequitur, vt non ſolũ qñ peccatũ eſt probabile, ſed quotieſcunq; peccator ſecreta monitione non corrigit̄, ſint adhibendi teſtes. Imò ve ro expreſſe loquit̄ euangeliũ de peccato ſe creto: nã de eodẽ peccato de quo dixerat: Si peccauerit in te frater (.i. te ſolo ſciente, vt dicit Aug.) ſubiungit: Si te nõ audierit, adhibe vnũ, aut duos teſtes. Ergo dicere qđ de peccato ſecreto ſit neceſſaria admonitio, & tñ qđ nõ liceat poſt admonitionẽ tũc inducere teſtes, eſt negare formã euãgelij.

Et ſecundo id probatur: quia verbum ipſum, adhibe, hoc deſignat quod eſt, nouos teſtes adiunge: vt quod tu ſolus noueras, plures ſciant. Nam, re vera non dicerentur adhiberi ad cognitionem rei, illi qui antea nouerant.

Et tertio arguitur. Salus ſpũalis proximi multo eſt præſtantius bonum quàm fama. ergo quando ſalus ſpiritualis recuperari nõ poteſt ſine detrimento famæ, non ſolum licet, ſed magnopere expedit iacturam facere famę proximi, pro eius ſalute ſpiritua-

 li.

li: Sicut medicus nihil aliud quã operæpretiũ facit, dũ membrũ ægroto ſecat, quo vitã ſeruet: eo vel maxime, q̃d qui pertinax eſt in peccato, ius quodammodo famę perdit, ſaltē vt teſtes neceſſarij adhibeant. Et confirmat hæc rõ. Si quiſpiã auariſſimus mori mallet, quã diſpẽdio paruæ pecuniæ ſeruare vitã, poſſet quicunq; furtim ab illo capere pecuniã, qua vitã eius ſeruaret. ergo potiori rõne licet famã ꝓximi poſtponere ſaluti eius ſpũali: q̃ nobis Xp̃s redemptor noſter tantopere commendatã eſſe voluit.

Quarto & poſtremo probatur, quod inductio teſtiũ in euangelio præcipiatur qñ peccatum eſt oĩno ſecretum. Nã rõ illius ordinis procedendi, vt explicant oẽs Doctores, eſt vt ab vno extremo in aliud non procedatur, niſi per mediũ; vt videlicet cognitio paulatim diffundatur ad plures: ſed ſi non liceret adhibere teſtes, niſi illos qui peccatum nouerant, tunc vix põt intelligi quomodo tranſeatur ab vno extremo in aliud per medium. Ergo ordo ille intelligitur in peccato ſecreto: vt quod vnus ſolus ſcit, non denunciet in publico eccleſiæ, niſi prius id paucioribus patefaciat. Et confirmatur: quia ille ordo præcipitur iure naturæ, vt quã minima fieri põt iactura famæ corrigatur frater: vt ſcilicet prius diffa-

meē apud paucos,q̄ apud multos. Si aūt nō liceret inducere teſtes, niſi illos qui iā nouerant,nō vr̄ quomodo diffamāt prius frater apud paucos:quia apud illos qui nouerant,nō diffamāt de nouo. Et hæc oīa cōfirmant auctoritate Auguſtini in regula; vbi Si autē poſt admonitionē iterū, aut alio quocunq; die,id ipſum eū facere videritis, iam veluti vulneratū ſanandū prodat quicunq; hoc potuerit inuenire:prius autē alteri,aut tertio demonſtretur,vt duorum, vel trium poſſit ore conuinci:demonſtrare autem,ſonat reuelare alijs,qui neſciebant peccatum proximi.Ergo peccatū omnino occultum licet reuelare illis quibus erat occultum. Sed reſpondet Durandus,quod Augu.non intelligit reuelandum eſſe crimen,ſed petulantiā oculorum, quæ diſponit ad crimen: de qua præmiſerat,vt ſtatim admoneretur frater ne male cœpta progrediantur.

Hæc tamen ſolutio nō ſatisfacit verbis Auguſtini.Primo,quia Augu.præſupponit quod poſt ſecundam,aut tertiam admonitionem peculantiæ oculorum,iam cēſetur frater vlneratus.i.peccati reus:& tunc dicit eſſe demonſtrandum alijs per quos conuincatur.ſ.de peccato.Et ſecundo id patet per exemplum quod adducit de vulnere corporali, vt quemadmodum hoc reuelādum

eſt, ne putreſcat in corpore : & ita illud reuelandũ eſt,ne putreſcat in anima:dũ tñ ſit pẽdens in futurũ. Et tertio manifeſta eſt intentio Auguſtini, in verbis ſubſequẽtib. .ſ.Et hoc quod dixi de oculo non figendo, ẽt in cęteris inueniendis, prohibendis,indicandis,iudicandiſq; peccatis, diligenter & fideliter obſeruetur.Ecce non dicit ſolũ in occaſionib.peccatorũ,ſed in cæteris peccatis iudicandis obſeruet, vt poſt admonitionẽ teſtib.demonſtret.Nõ põt ergo dubitari quin ſint adhibendi teſtes,quantumcunq; ſit ſecretũ crimen,modo ſit aliqua ſpes correctionis,& emendationis fratris: vt ait S. Th.2.2.q.33.art.8.ad.1.& Palu.4.diſt. 19. q. 4. Nã ſi nulla penitus eſſet ſpes,fateor nec eſſe adhibendos teſtes,immo nec eſſe denũciãdum,nec admonẽdum fratrem,niſi peccatum eſſet pernicioſum reipublicę,aut tertiæ perſonæ,vt diximus q.2,Sed tamen, q̃q̃ frater non emendetur per ſecretam correptionem,non ſubinde deſperandũ eſt, quo minus emendari poſſit per teſtiũ inductionem:nam adhibitis teſtibus, aut cõfundet, frater & emendabitur;aut metuens ne capiatur in crimine,cautius viuet. Et præterea,mitius forte tentabitur de peccato: nã aduerſarius noſter diabolus debilius tentat quando plures ſunt, qui fratrem cuſtodiãt.

Ve-

Verũ eſt tamen,ꝙ nõ ſatis eſt ſemel admonere ſecreto anteq̃ teſtes adhibeant: ſed ſecũdo,aut tertiò,vt notat̃ in verbis Auguſtini:Iterũ,vel alio quoq; die:nõ tñ eſt neceſſe expectare tp̃s longiſſimũ, ſed ad arbitriũ boni viri admonitio fieri dẽt,quoad iã nõ ſit ſpes emẽdæ, niſi per inductionẽ teſtiũ.

Quapropter ad primum argumentũ contrariæ opinionis reſpondetur,quod quãdo peccatum eſt omnino ſecretum,teſtes ſunt adhibendi tribus de cauſſis,vt notat S. Th. loco citato,arti. 8. ad tertium argumentũ. Primo,ſi forte frater dubitat, illud quod facit,eſſe peccatum,vt poteſt contingere in contractibus vſurarum:tunc,vt dicit Hieronymus,adhibendi ſunt teſtes, vt oſtẽdatur illud eſſe peccatum.Secũdo, ſi ſit periculũ iterationis peccati,adhibendi ſunt teſtes,q peccatorem obſeruent. Vnde illud Aug.in contrarium,ne ſimus exploratores vitę alienę,intelligitur quando nullam frater dedit cauſam,vt eum obſeruemus:aliàs,cum crimen fratris nocũ eſt cuipiam,per cuius monitionem non emendatur, ille dat cauſam vt iuſte deinceps obſeruetur.Quod Augu. dicit in regula,vt modo dicebamus.Tertio adhibendi ſunt teſtes,vt dicit Chryſoſtom. vt dum correptor denunciat pręlato crimẽ, ſi non potuerit probare crimen,ſaltem pro

bet ſe admonuiſſe illum. Nec illa denuncia tio tunc eſt vana, vt arguit Duràdus. Nam, quamq̃ tunc iudex, vt ſtatim dicemus, non poſſit iuridice condemnare: debet tñ reum ſecreto reprehẽdere, & admonere ſe vigila turum eſſe deinceps ad capiendum eum in crimine, vt vel hoc metu ſaltem arceatur.

Ad ſecundum arg. Durandi, negatur, ꝙ qui fraternaliter adhibet teſtes, aut denunciat, periculum habeat talionis. Nã huiuſ modi denunciator euãgelicus non obligatur probare crimen. Et in hoc differt ab accuſatore, vt notat egregie S.Th 2,2.q.68.arti.2.ad tertium argumentum: quia denunciator euangelicus non petit pœnam denũciati, ſicut accuſator pœnam accuſati. Et ad tertium, quod nos adiecimus, reſpõdetur, quod nemo habet ius nocendi alij in bonis temporalib.pp bonum ſpirituale, quando de ſe, & ex natura rei, priuatio bonorũ temporalium nõ eſt medium ad bonum ſpirituale. Sicut capere bona proximi, nõ eſt de ſe medium, vt proximus nõ fornicetur: ſed reuelare crimen fratris ad emẽdationem illius, eſt medium ex natura rei ordinatũ ad illud, & ideo illud eſt licitum: ſicut inter arguendum dicebamus, licere capere pecuniam proximi ad emẽdum medicinam neceſſariam ei, non obſtante eius auaritia.

Sed

Sed notandũ eſt circa hãc concluſionẽ ꝙ non ſunt adhibendi ſtatim duo teſtes,ſed prius vnus ,deinde alter : vt ſi forte frater corrigat adhibito vno teſte, nõ diffametur apud duos. Et hoc eſt ꝙ dr̃ in euangelio:Adhibe vnũ, aut duos teſtes : id eſt,prius vnũ, & ſi non ſuffecerit,deinde alterum.

Sexta cõcluſio.Si correptio coram teſtibus,fratrẽ corrigere non ſufficit, denunciãdus demum eſt prȩlato.In hac concluſione nulla eſt controuerſia : quia expreſſa eſt in Euangelio.Sed id ſolum eſt adnotandum, vt intelligatur concluſio, quãdo aliqua eſt ſpes emendationis,nec timetur maior perverſio fratris.Quod quȩſtione. 2. adnotauimus aduerſus Panor.qui c.Nouit.de iud.in ea eſt opinione,vt non ſit ceſſandum a denunciatione,quãuis timeat potius induratio fratris,q̃ ſperet emendatio.Ait. n. nihilominus denunciandũ eſſe,vt cæteri metũ habeant:nã in euangelio p̃cipit , vt habeat tamq̃ ethnicus , qui non audit p̃latũ : & eſt ſermo de illo,qui denunciandus eſt fraternaliter,& 23.q 4.c. Eſt iniuſta. habetur non eſſe indulgendum facile peccatori,ne facilitas veniæ incentium tribuat delinquendi. *Sexta concluſio.*

His tamen non obſtantibus, dicendũ eſt cum S.Th.2.2.q.33.art.6. quod quia fraternæ correctionis finis eſt emendatio fratris,

om-

omnia diſponenda ſunt,quo vtilius ad finē illum conferant.Ob idque,vbicunque omnino perditur ſpes emendationis,ceſſandū eſt a correptione,niſi crimē ſit perniciosū reipublicæ, vt dictum eſt.De quo loquitur Amb.in d.c.Eſt iniuſta.vel loquitur de correptione iudiciali , q̄ procedit ad punitionē.Verūtamen,q̄uis frater nec ſecreto,nec corā fratrib. admonitus emendet, non eſt cōtinuo deſperandū quominus emendet p̄ denunciationē Primo,quia verba prælati plus ponderis habēt in correptione: vnde timor augeт ſubdito,vt caueat in futurū. Et ſcđo,quia p̄latus oculatius vigilabit ſuper fratrē,& inſtantius orabit Deū pro perdita oue.Et iō Chriſtus in euangelio p̄ſupponit q̄ nunq̄ eſt deſperandum,quouſque frater denuncietur,& admoneatur a prælato.

Sed reſtat nunc tandem videre,quid prælatus facturus ſit aduerſus ſubditum denunciatum,an liceat illi pœnas iuris infligere. De hoc ſit ſeptima concluſio.Prælatus, q̄n ſubditus fraternaliter denunciatur,non habet ius plectendi ſtatim ſubditum pœna iuris,quamuis crimē idoneis teſtibus probari poſſit.Probatur. Finis correptionis fraternæ eſt ſola emendatio fratris. Ergo omnia prius tentanda ſunt,vt frater ſine correctione iudiciali corrigatur. Quocirca, prælatus

Septima. concluſio.

tus

tus dēt denunciatū ſubditū admonere ſecreto, maxime ſi crimen probari nō pōt, quando videlicet ſolus denuncians, illud ſcit. Admonere, inq̄, prius leniter, ſi viderit expedire: deinde minis, admonēdo ꝙ explorabit deinceps eius vitā. Et ſi iudicauerit expedire, poterit admonere corā partibus. Adhibere tamen verbera neutiq̄ licet. Immo quamq̄ crimen poſſit probari teſtib. ſi ſubditus promittit ſe corrigere, nō licet ipſū punire. Eſt tamē differētia, ꝙ quādo crimē nō pōt probari, tunc nec p̄latus pōt ſubditū iuridice interrogare: quādo tamen pōt probari, tunc poteſt & ipſum interrogare tamq̄ pater. Et ſi ſubdito conſtat, quod prælatus habet teſtes ſufficientes, aut indicia, tenet̄ confiteri crimen tamq̄ patri: ſed nec tunc cōfeſſum licet pœnis iuris plectere, ſi proponit ſe corigere: Probatur: quia in euāgelio non præcipitur quod habeatur ꝑ ethnico, niſi quando eccleſiam non audierit. Ergo ſi eccleſiam audierit, nec eſt excōmunicandus, nec ſubinde alia pœna plectendus. Licitum erit tamen huiuſmodi confeſſum cędi flagello fraternaliter: non ad punitionem præteriti, ſed ad terrorē in futurū. Caueāt ergo prælati præcipites eſſe, & imprudentes in proceſſu fraternali: nam quando crimina non ſunt pernicioſa reipublicæ aut

aut contagioſa,aut emendatio non fuit iudicialis,non ſunt iudicialiter punienda.

Octaua cõcluſio. Sed quid,ſi frater non emendat? In hoc caſu eſt octaua concluſio. Si crimẽ idoneis teſtib.probari nõ põt,nec ſit infamia, nec indicia ſufficientia ad inquiſitionẽ,tunc p̄latus nihil aliud facere põt,q̃ orare pro ſubdito,& admonere illũ, & expectare dũ ſint indicia ad inquirendũ,aut teſtes ad conuincendũ delictũ.Caueat tñ ne per viã id ſacramenti confeſſionis ſacrilegus inueſtiget Si vero crimen idoneis teſtib.probari põt,tũc vt reor,diſtinguendũ eſt: nã ſi nulla ſperat̃ emẽda fratris,ſed potius maior peruerſio timet,puto ceſſandũ eſſe,nec procedendum ad punitionem,dum modo peccatum ſolũ noceat peccatori. Ita dicit Caieta.2.2.q.33.ar.8.Et credo id verum eſſe,ſi denunciatio eſt fraterna:nam tunc omnia agenda ſunt propter ſolam emẽdationem fratris : ſecus ſi eſſet iudicialis. At ſi non ſperatur emenda fratris,tunc aduerſus pertinacem procedendum eſt via iuris.Et in hoc articulo deſinit via coreptionis fraternæ,& incipit via iudicialis,ſm illud:Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. Quare tunc ius eſt prælato in carcerem retrudere ſubditum pertinacẽ, & iuridice interrogare ſub cenſuris,& queſtione,ſi opus fue-

fuerit tormentorũ:& tandẽ confeſſum pęna iuris dãnare.Inn.c.Nouit.de iud.in principio,ait,qđ ſi peccatũ eſt occultum,debet priuatim proſequi mandatũ euangelicũ:& tandem in priuato debet peccator hĩri pro ethnico,& publicano. Vnde nonnulli Canoniſtæ ſumpſerũt occaſionẽ opinãdi, qđ ante cõprobatũ crimen, debet quiſq; peccatorẽ in occulto hr̃e pro excõicato. Nihilominus,qđ ad correctionẽ attinet fraternã,compertiſſimũ eſt,qđ frater non poteſt excõicari quoaduſq; fuerit inobediens eccleſiæ; & probatũ fuerit iuridice crimen. Nec aliquis tenetur euitare proximũ quoaduſq; fuerit excõicatus Et vtrumq; hr̃ expreſſe.c.Multi.& c.Nemo.2.q.1. Poſſunt tamen generaliter excõicari occulti peccatores,qui damua dederunt vt hr̃.c.Si ſacerdos.de officio ordi. Et de illis intelligit Innoc.quod ſunt in occulto habendi tanquã ethnici:licet iam mõ poſt concilium Conſtantienſe non teneamur euitare niſi nominatim excommunicatos,aut manifeſtos percuſſores clericorum.

Sed dubiũ egregiũ eſt circa hanc octauam concluſionem. Vtrum,quando iã prelatus procedit ad punitionem, poſſit denũcians fungi officio teſtis.Et videtur id non eſſe licitum: nam contra ius naturæ eſt, *Dubium.*

vt

vt idem ſit accuſator,& teſtis:ſunt enim di ſtinctæ perſonæ.

Reſpondet, probabile eſt denunciantē fraternaliter poſſe eſſe teſtē:cū, finito proceſſu fraternali,incipit forū iudiciale. Hoc videor mihi intelligere in verbis illis euan gelicis:Si te non audierit,adhibe tecū vnū, aut duos teſtes,vt in ore duorū,vel triū ſtet omne verbū:vbi quod dicit,vt in ore duorum,refertur ad primam partem, Adhibe tecum vnum.& quod addit: Vel triū,refer tur ad illud,vel duos. Vnde videor mihi re cte colligere,quod denuncians connumerat alijs teſtib. vt videlicet cum vno faciat duos,& cum duob.faciat tres. Et hoc hr̄ ex preſſe,c.In omni.de teſt.ſ.quod dicens veritatem.i.denuncians, cum vno facit duos teſtes,& cū duob.facit tres, & inducit Papa euangelica verba.Et cōfirmat rōne. Nā proceſſus fraternalis, & iudicialis ſunt diuerſi. Quapropter, qui fuit denunciās fraternaliter,non eſt a iudiciali teſtimonio re pellendus.Hoc dixerim ꝓbabiliter,vt oſtēdā ſaltē in crimine prauitatis hæreticæ,nihil fieri ꝯ ius, ſi denuncians recipiat in teſtem:quāuis in alijs priuatis delictis nō eſſet forte adeo conſulendum: quamquā ēt tunc ſit licitum. Vnde ad argumentū cōcc ditur,quod accuſator, & denuncians iudiciali-

cialiter, quia petit pænam rei, q̃ ius naturæ admitteret in teſtẽ: & maxime in cã ꝓpria. Secus eſt de denũciante fraternaliter, qui ſolũ ex charitate denũciat, & ꝑ opus charitatis non eſt arcendus a teſtimonio.

Ad primum argm̃ reſpondetur, quod Deus, qui eſt ſcrutator cordium, oĩa peccata quantumcunq; occulta habet tanquam publica: & ideo põt illa punire, ſicut iudex humanus põt ſtatim punire publica. Et quã quam id iuſte poſſit facere: tamen propter ſuam miſericordiam neminem punit niſi præmonitum interius per inſpirationes. Et Ioſeph forſan admonuerat ſecreto fratres, quamquam, vt textus ſcripturæ inſinuat, crimen fratrum erat iam cõe, & publicum inter eos; nam pluraliter legitur quod accuſauerit fratres ſuos. Et poſtremo non eſſe neceſſe excuſare factum iuuenis, qui forſan zelo, non ſecundum ſcientiam accuſauit fratres. Petrus vero reprehendit Ananiam, & Sapphiram auctoritate Dei, cuius nutu peccatum eorum nouerat, vt dicit S. Tho. q citata, art. 7. Expediebat enim in primitiua eccleſia ſacrilegia, quãuis occulta, publice punire, ſaltem ex ſpeciali iuſſu diuino; vt, vel illa rõne, religionem venerarẽtur. Vnde legitur, quod poſtquam reprehẽſus Ananias cecidit, & expirauit, factus

eſt

eſt timor magnus ſuper oēs, qui audierant.
Tametſi (quātū conijcio) peccatū Ananię, vt puta, venditio agri, non potuit adeo latitare, quin rumor, & infamia veniret ad aures Petri, & illo iure interrogaret Ananiā.

Ad illud Leuit. 5. quoad qui audierit vocē iurantis falſo, reuelet: Reſpondet, illud intelligi, ſeruato ordine correptionis fraternæ. Et idē præſupponit Aug. in d. c. Hoc vī. Et maxime quia præcipue intelligitur illud de periurio, quod fit in iudicio in præiudicium tertij: quod reuelandum eſt illi, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe.

Ad primam confirmationem de vſu religioſorum, reſpōdet, quod de leuib. culpis, quæ nullatenus vergunt in infamiam, vſus eſt proclamare fratres ſine præuia monitione. Neque illud eſt proprie denūciare, ſed reducere illas leues culpas in memoriam fratris, de quib. præſumitur, ipſe ſe accuſaret, ſi haberet in memoria. Sed qñ culpæ ſunt graues, has non licet proclamare ſine præuia monitione. Voco graues, non ſolū illas, quæ ſunt peccata mortalia, ſed quæ ſunt contra famam, aut honorem proximi. Quare, ſi quis intraret domos ſuſpectas, nō eſſet illico proclamandus ſine præuia monitione, vt eſt exemplum in regula Auguſtini de oculi petulantia.

Ad

Ad ſecundã confirmationẽ negãt conſe quentia. Non.n.neceſſario requirĩt admonitio in accuſatione, ſicut in denunciatione: qđ amplius explicabimus qõne ſequenti. Nã accuſatio procedit ad punitionem, quãquã frater ſit emẽdatus: denũciatio vero fraterna ceſſat, ſi frater ſit emendatus p admonitionẽ. Et iõ, ſicut ante denũciationẽ requirit admonitio: ita ante accuſationẽ requirit in ſcriptio, vt ſupra citatũ eſt ex c. Qualiter & qñ. el ſecundo. de accuſ.

Ad ſecundum principale late reſpõſum eſt in quinta concluſione.

Ad tertium ex verbis Auguſtini, reſpondet, quod quãquã ante denũciationẽ, quæ fit prælato tãquã iudici, neceſſariũ ſit prius adhibere teſtes, quib. reus conuincatur: tñ conſilium eſt antequã aliquis teſtis inducatur, vt crimen reueletur prælato tamquã patri. Et rõ eſt, vt ſupra nos diximus: quia correctio fieri debet, quàm minima fieri poſſit iactura famæ: & cum, ſi teſtes non ſufficiant, denunciandum eſt peccatũ prælato, conſilium eſt, vt ante teſtes denuncietur prælato tãquam patri: vt, ſi forte frater correctus, & emendatus fuerit a plato, excuſetur diffamari apud teſtes. Quare, illa litera Auguſtini, quam aliqui legunt duab. negationib. ſcilicet: Ne forte poſſit ſecre-

tius correctus non innoteſcere cæteris:forte legenda eſt vnica negatione,vt legũt aliqui, ſ. Ne forte poſſit ſecretius correctus innoteſcere cæteris.Sed vtrolibet mõ legatur,ſenſus eſt: Si forte poſſit ſecretius correctus non innoteſcere cæteris. Hoc tamẽ documentũ Auguſtini non eſt p̃ceptũ,ſed conſilium. Qui enim exiſtimaret commodius per alium quàm per prælatũ poſſe corrigere fratrem, iuſte reuelabit prius alteri.

Ad vltimum argm̃ reſpondetur, quod quando prælatus interrogat ſubditum de occulto crimine,præter ordinẽ iuris, ſubditus non tenetur obedire. Nam obedire Deo magis oportet,quam hominib. Act.5. Nec prælatus eſt iudex occultorum,ſed ſolus Deus.Sed de hoc latius in tertio membro.Et hæc de correctione fraterna.

QVÆSTIO QVINTA.

Vtrum accuſatio nonnunquam ſit in præcepto.

SVMMAE.

1 *Quilibet tenetur eum accuſare, cuius crimen eſt in perniciem publicam, & poteſt idoneis teſtibus comprobari.*

2 *Nemo*

2 *Nemo tenetur accuſare quemquam de iniuria ſibi proprie illata; quanquam id nihilominus licitum ſit.*

3 *Clerici ſolo iure humano prohibentur iudicare, aut quomodocunq; agere cām ſanguinis.*

4 *Accuſatio debet fieri in ſcriptis.*

5 *Tria ſunt accuſationis vitia, calumnia, prævaricatio, & tergiuerſatio.*

6 *Calumniator, qui in probatione defecerit, reus eſt pęna talionis.*

QVinto quęritur, Vtrum accuſatio nõnunquam ſit in præcepto.

Ad partem negatiuam arguitur. Accuſatio eſt delatio rei ad vindictam; Sed in euãgelio, Matth. 6. præcipimur dimittere peccata debitoribus noſtris, ſi noſtra nobis volumus a Deo dimitti. & Paul. Ro. 12. Non vos metipſos defendentes (aliàs vindicantes) chariſſimi; ſed date locum iræ. Ergo nemo tenetur fratrem accuſare.

Secundo. Si accuſatio eſſet virtus, & prę ceptum, nemo eſſet, qui ab illo exciperet̄; Sed multi repelluntur ab accuſatione, vt late patet. 2. q. 7. per totam qõnem. & excommunicati, & infames accuſare nõ poſſunt; nec ſubditi maiores ſuos. Ergo accuſare non eſt in præcepto.

Tertio arguit̄. Accuſator obligatur crimen probare, aliàs pęnam ſubit talionis;

Sed nemo obligatur ſubire tantum periculum, ſi vult cedere iuri ſuo, & remittere debitum. Ergo accuſatio nũquam eſt in præcepto, ſed ſatis eſt, vt ſit licita.

Sed in contrarium eſt illud Leuit. 5. Si peccauerit aĩa, & audierit vocem iurantis (ſcilicet falſo) quod ipſe vidit, aut conſcius eſt, niſi indicauerit, portabit iniquitatem. Quod præceptum, quia morale eſt, manet in noua lege, tanquam de iure naturæ.

IN prima qõne huius mẽbri diſtinximus in gñe inter denunciationẽ, accuſationẽ, & inquiſitionẽ, & rõne finis, & rõne virtutis. Quia denunciatio eſt offm̃ charitatis ordinatum pp bonũ priuatæ perſonæ: reliquæ vero ſunt rõne iuſtitiæ, pp bonum publicum. Iam vero mõ operępretium eſt ſingula in particulari amplius explicare.

Quatuor genera denunciationum. Quatuor genera denũciationum notãt doctores Decretorum. c. Nouit de iud. & 2. q. 1. c. Si peccauerit. quæ ſunt, euãgelica, iudicialis, canonica, & regularis. De euãgelica ſatis dictum eſt, quo fine, & ordine fiat.

Denunciatio iudic. Denunciatio iudicialis eſt duplex. Publica, qua iudex ex offõ per denunciationẽ ſuorũ officialium procedit: vel ad multãdum reum pęna fiſcali, vel alia pęna arbitraria. Priuata, quæ eſt manifeſtatio criminis, qua quis prætendit reſarciri ſibi damnum acceptum,

ptum,& ſe in priſtinum ſtatum reſtitui. Et differt inter denunciationem iudicialē, & euangelicā,primo ratione finis. Nam finis euangelicæ eſt emendatio fratris, vt pęniteat: ſed finis iudicialis eſt bonū denunciātis,vt delinquens ſatisfaciat. Et ſecundo in ordine.Nā illa procedit ordine euangelico ſine ſtrepitu iudicij,& propterea dr̄ euangelica:ſed iudicialis procedit in ſcriptis,& forma iudiciali,& propterea dr̄ iudicialis,& tenet denuncians probare crimen, licet qn̄que iudicialis procedat nihilominus de plano.i.ſine ſtrepitu iudiciali.Differt tn̄ denūciātio iudicialis ab accuſatione: primo, qa denuncians nō intendit vindictā publicā, & punitionē denunciati pp bonū publicū, ſed ſolū ſuū intereſſe,in quo per iniuriā læſus eſt. Accuſator vero petit vindictam publicam, quæ infligitur propter bonum cōmune.Quare iudex denunciatum iudicialiter non poteſt punire tota pęna legis,ſicut tenetur punire accuſatum. Et,vt ex nominibus ipſis naturam vtriuſque explicemus, denūciatio eſt mera manifeſtatio criminis, ſine aliqua actione: qua ſcilicet denunciatur crimen prælato,vt ipſe ex officio faciat, quod viſum ei fuerit ſecundum ius.Sed accuſatio eſt delatio criminis,cū actione,qua iudex petit,& cōpellitur punire reū. Qua-

re denunciator non dr̃ actor, ſicut accuſator. Quo fit, vt denũciatio locũ habeat vbi actio eſſe non põt: ꝙ põt contingere tripliciter, aut rõne perſonæ, q̃ agere non poteſt: aut rõne iudicis, q non eſt directus: aut ratione criminis, ꝙ lege permittit. Exemplũ primi. Seruus, qui non põt agere in iudicio põt tamen denunciare iudici aſperitatẽ, & ſæuitiã domini: vt ipſe ex officio cõpellat dominũ, aut mitius agere ſecũ, aut vẽdere, vt habetur Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel al. iuris. §. Sed & maior. Eadem ratione religioſi quando agere non poſſunt aduerſus prælatos, poſſunt eos denunciare, vt notãt Docto. c. Inſinuante. Qui cle. vel mon. Exemplum ſecundi. Quando iudex ſæcularis nõ ſeruat iuſtitiam, põt quiſque illum denunciare Papę, ad cuius officiũ ſpectat de quocunque peccato mortali corripere quemlibet chriſtianum, vt dicit Pa. cap. Nouit. de iud. vbi rex. Franciæ denũciatus eſt Papæ d̃ crimine, quod commiſerat aduerſus regẽ Angliæ. Et ecõuerſo, iudex eccleſiaſticus poteſt denũciari principi ſæculari ad reprimendam eius vim per iniuſtum iudicium. Nã ſæcularis princeps ius habet repellẽdi vim a quocũque illatam. 23. q. 2. c. Regum. Exemplum tertij. Quia vſura lege impune permittitur, accuſari non poteſt vſurarius: ta-

tamen pōt denunciari, vt iudex ex officio admoneat illũ ad reſtitutionẽ. Et eadẽ rōne qñ quis decepit aliũ citra dimidiũ iuſti pretij: In his ergo caſib. non eſt proprie accuſatio, ſed denũ ciatio. i. mera manifeſtatio criminis, vt iudex ex officio emẽdet erratum. Accuſatio vero fieri non pōt, niſi ab illo, q poteſt agere directe. Quamquã & qui agere pōt, & coram proprio iudice, poteſt quãdoque mere denunciare ſine accuſatione.

Tertia eſt denunciatio canonica: quia a iure canonico inuenta eſt, & eſt manifeſtatio criminis, nō ad vindictam publicam, ſicut accuſatio? nec propter proprium intereſſe, ſicut denunciatio iudicialis: ſed qua coerceantur crimina, ne vltra procedant. Sed hæc vix profecto poteſt diſtingui a denunciatione fraterna: niſi dicamus, quod denũciatio fraterna eſt illa ſola, quę procedit ad ſolam emendationem fratris, propter bonũ ſuum: ſed canonica eſt illa, qua proceditur ad euitandum damnum publicum, aut priuatæ perſonæ, vt cum quis denunciat p̄latum, aut habentem beneficium, vt priuetur officio, aut beneficio: quia eſt pernicioſus plebi. Et ſecundum Inno. in d. c. Nouit. qñ quis denunciat crimen, quod eſt in perniciem publicam, aut præiudicium tertiæ p̄ſonæ: non ſolum ad emendationem illius, *Denunciatio canon.*

ſed vt euitetur,aut reſarciaẽ damnum:tunc eſt denunciatio canonica: q̃ quidẽ denunciatio nõ eſt fraterna,nec eſt iudicialis:quia non petĩt propriũ intereſſe: nec proprie eſt accuſatio, qa nõ petĩt omnino vindicta legis. Sed tñ cõuenit hæc denunciatio cum fraterna in hoc:quia requirit p̃uiã admonitionem,vt notant Doctores loco citato.

Denunciatio regul. Denunciatio regularis eſt illa,quæ fit in religionibus ſecundum cõſtitutiones, & regulas diuerſas diuerſarum religionum: ſiue ſit iudicialis,propter proprium intereſſe: ſiue canonica,propter bonum commune.Et ideo dicitur regularis: quia in religionibus non neceſſe eſt ſeruare totum ordinẽ iuris.

Exceptio. Præter has notificationes criminum,dicitur proprie,exceptio,quando alicui obijcitur crimen ne eligatur ad dignitatem:aut quando obijcitur accuſatori, vt repellatur ab accuſatione:vt habetur. c. Super his. de accuſ.Hæc adnotauerim,ne theologi ignorantia prorſus horum nominum laborent. Nam theologi non tractant,niſi de denunciatione fraterna,& accuſatione,& inquiſitione;ſed reliquas denunciationes, præter fraternam,generali nomine appellãt,accuſationem, cuius ignorãtia decipiunt multi. Quamquam accuſatio, ſi proprie definiatur,eſt delatio rei de crimine ad vindi-

ctam.

ctam,pp bonũ publicũ: vt colligit a S. Th. 2.2.q.68.Sed Doctores vtriuſq; iuris,vt notat Syluester in verbo. Accuſatio.dicunt accuſationẽ ẽt poſſe fieri pp bonũ priuatũ:ſicut denunciationẽ ecõuerſo,propter bonũ publicũ. At vero, ſi naturã rei inſpiciamus: in accuſatione per ſe, & primo intẽdit vindicta publica per pęnã legis,ad terrorẽ populi:qꝫ eſt ordinari per ſe in bonum publicum Sed in denunciatione per ſe intenditur,aut proprium intereſſe, ſi ſit iudicialis: aut cohibitio peccati,vel euitatio damni,ſi ſit canonica,licet de per accidens quandoque ſequatur vindicta,& punitio publica. *Prima conclusio.*

His prænotatis reſpondetur ad quæſtionem ſex concluſionibus. Prima: Quicunq; tenet eũ accuſare, cuius crimen eſt in perniciẽ publicã,& poteſt idoneis teſtib. conprobari. Quę peccata vergant in perniciem publicam,ſuperiori quæſtione declaratum eſt. Concluſio eſt S.Th.loco citato,& Alexan.3.par.q.42.memb. 1. & deniq; theologorum.4.diſt.39.& canoniſtarum.c.Nouit. de iud. Probatur concluſio. Vnicuique mãdatum eſt de proximo ſuo,vt habetur Eccl. 17.& præſertim vnicuique lege naturæ incumbit cura boni communis:ſicut mebra corporis naturali inſtinctu ſeſe obijciũt periculo capitis.Ergo quando bonum publicum

cum periclitatur, vnuſquiſque tenetur peruerſores accuſare.

Summa Angelica in verbo, Acuſatio. negat quemquam teneri accuſare proximum: quia in cauſa propria nullus cogitur accuſare, vt ſtatim dicemus: ſed in cauſa publica, ſatis eſt denunciare crimen, vt euitet̃ dãnũ: nec opus eſt accuſare petendo vindictam.

Ad hoc reſpondetur dupliciter. Primo, quod S. Tho. & theologi generali nomine accuſationis comprehendunt omnem denunciationem, præter fraternam. Et ideo, quam Summa Angelica vocat denũciationem, theologi vocant accuſationem: atque adeo, non eſt contradictio niſi ſolo nomine. Atqui, vt ſuperiori quæſtione dictũ eſt, concedimus, quod quacunque alia via quis abunde poſſit prouidere bono communi, non tenetur accuſare. Secundo reſpõdetur quod poteſt eſſe crimen adeo perniciosũ, adeoque manifeſtum aduerſus bonum publicũ, vt quicunq; teneretur, non ſolum denunciare, ſed accuſare tamquam actor: non ſolum ad euitãdum damnum, ſed vt peccatum puniatur pœna legis propter exemplũ. Nam quamquam in cauſis priuatis nullus accuſare poſſit, niſi ille cuius intereſt: tamẽ in cauſa publica quicunque poteſt accuſare, vt patet per Extrauag. Ad reprimẽdum.

Quod

Quod ſi quis arguat contra hanc concluſionē, vt dicebamus tertio argumento principali: Nullus tenetur graui ſuo periculo alium accuſare: Accuſator vero, ſi deficiat in probatione, ſubeſt periculum talionis, & poſſet nonnumquam ex malitia teſtium ſine culpa ſua deficere. Ergo nullus tenetur cum tanto periculo accuſare.

Reſpondetur, quod nullus tenetur accuſare, niſi crimen quod poſſit probare, vt aſſerit cõcluſio. Et qui bona fide accuſat, nõ tenetur ad pęnam talionis, licet deficiat in probatione: vt dicit S.Tho.2.2.q.58.ar.4. ad 1. Vnde elicitur documẽtum, vt qui fraternaliter denunciant, aut ad obuiandum malo cõi, proteſtentur ſe nõ accuſare ſed ſimpliciter denunciare: vt ſi defecerint in probatione, non ſubeant periculum talionis.

Secunda concluſio. Secũda concluſio. Nemo tenetur accuſare quemquam de iniuria ſibi proprie illata: quamquam id nihilominus licitum ſit. Prima pars probatur, primo ex illo Matt.6. Niſi dimiſeritis hominib. peccata eorum, nec pater veſter dimittet vobis delicta veſtra. Vbi datur conſilium remittendi iniurias, tantum abeſt vt eas, aut accuſare, aut vlciſci cogamur. Et confirmatur iure imperatorio. C. Vt nemo inuitus agere, vel accuſare cogatur. l. vnica. Tametſi Bartolus. l. In

eum

cū.ff.de accuſ notet textū.l.Si quis homici dij.C.eo.tit.vbi vr̄ cōpellendū eſſe nonnū-q̄ actorē ad accuſandū.Et ff.De his quib. vt indignis.l.Aufert̄ hæreditas. adnotat̄,vt hæres occiſi hominis,cām homicidij pſequatur,alias abeat hæreditate.Sed,quidquid ſit de foro exteriori,in quā meſſē falcē nō mittimus: tn̄ in cōſcientia nullus tenet̄ quemquam de propria iniuria accuſare,niſi perniciosiſſimū forſan hominem: vt puta, publicum latronem,propter bonū publicum. In quo caſu videtur loqui;lex illa citata a Bartholo,Si quis homicidij.Immo nec cōſtringitur quiſpiam denunciare iuridice,ad recuperandum damna,quę accepit: nempe cum illa quiſque poſſit remittere,& condonare:niſi forſan quis eſſet adeo pauper, vt non poſſet alere, & ſuſtētare familiam ſuā niſi repetendo bona per iniuriam ſibi ablata:nam tunc deberet ea repetere. Secunda pars concluſionis:videlicet, quod quicunque poſſit accuſare reū de iniuria ſibi illata,probat̄.Nā accuſatio,& vindicatio iniuriarū auctoritate publica, eſt actus virtutis iuſtitiæ:actus vero virtutis, ſi debitis ornet̄ circunſtantijs numquam eſt prohibitus. Verum eſt tamen,conſilium eſſe euangelicum non accuſare:nam accuſatio non debet procedere ex odio,quod tamē quam ra

riſſime abeſt accuſatori. Qui tamen abſq; odio petit vindictam legis, nihil aliud exercet, quàm iuſtitiam.

At, dubiũ eſt, qui nã ſint illi, qui accuſare poſſunt: & primo de clericis, quo iure ꝓhibeant accuſare in cã ſanguinis. De quo ſit tertia concluſio. Clerici ſolo iure humano prohibent iudicare, aut qũocunq; agere cãm ſanguinis. Probat. Nam iure naturę eadẽ eſt clericis condõ cũ laicis: nempe, vt priuata auctoritate neminẽ occidere poſſint, poſſint tñ via iuris proprias iniurias, & repellere, & vindicare. Nec in ſacra pagina locus eſt expreſſus, quo prohibeant clerici iure diuino iniurias publica auctoritate vindicare. Nã illud. 1. Tim. 3. Oportet epm ſine crimine eſſe, non vinolentum, nõ percuſſorẽ: non plane pertinet ad hoc propoſitum. Primo, quia Apoſtolus non vr̃ loqui de clerico percuſſore auctoritate publica: ſed loquit de percuſſione, quæ fit ex ira auctoritate priuata: debent enim in hoc clerici excellere laicos. Et ideo coniungit illa duo: non vinolentum, non percuſſorem: quia ex violentia ſuboritur ira. Secundo, quia quamquã Paulus illic prohiberet clericis effuſionẽ ſanguinis auctoritate publica, non continuo ſequit illud eſſe proprie præceptum diuinum. Duplex enim põt diſtin-

Tertia concluſio.

ſtingui præceptũ in epiſtolis Apoſtolorũ. Vno mõ, tanquã poſitũ immediate a Deo cuius auctoritate loquit. Apoſtolus: & illud proprie eſt pręceptũ iure diuino. Alio mõ, quod ſit præceptum, vel admonitio ipſius Apoſtoli, ſua propria auctoritate loquẽtis. Quæ duo genera præceptorum diſtinguit ipſe Apoſt. 1. Cor. 7. His, qui mrimonio iun cti ſunt præcipio, nõ ego, ſed dñs, vxorem a viro nõ diſcedere, & virũ vxorem non di mittere: nã cæteris ego dico, non dñs. Si qs fratrẽ vxorem habet infidelẽ, & hæc cõſen tit habitare cũ illo, non dimittat illã. Ecce, vxorẽ a viro non diſcedere, eſt proprię pręceptũ diuinũ: ſed, virum fidelem nõ dimittere vxorem infidelem, eſt præceptum humanum Pauli. Et illa admonitio Pauli de honeſtate epõrum, ſicut multæ aliæ, ſunt huius ſecundi generis quæ proinde nõ pro prię ſunt de iure diuino, ſed largo modo.

Sed ſecundo arguitur, quod ſit de iure diuino, ſaltẽ quod clerici non ſint iudices in cã ſanguinis. Nam Xps redẽptor noſter, quamuis potuerit, et in quantum homo, accipere quamcunque voluiſſet poteſtatẽ & iuriſdictionem orbis: tamen re vera non accepit, niſi poteſtatem ſpiritualem, & eã temporalem quæ erat neceſſaria ad finem redemptionis: vt puta, poteſtatem corrigendi

rigendi leges ſæculares, ſi eſſent contra fidem & bonos mores: & multandi reges, ſi exorbitarent a fide: non tñ aſſumpſit ptātē ſæcularē ad diſcernendas cās ciuiles, & criminales, vt in De ptāte eccleſiaſtica, latius tractant Doctores rōnabilius ſentientes. Et hoc eſt quod dixit: Regnum meum nō eſt de hoc mundo: vbi non negauit, ſe hr̄e regnum orbis, etiam in quantum homo: ſed negauit habere regnum, quale habent principes ſæculares: & qualem ipſe habuit poteſtatem, talem reliquit Eccleſiæ. Ergo iure diuino videtur prohibitum eſſe clericis ius dicere in cauſa ſanguinis.

Reſpondetur, quod argm̄ forte probat ptātem eccleſiaſticam, quam Xp̄s reliquit eccleſiæ, non extendi ad cās ſanguinis, niſi forſan vbi neceſſitas fidei exigeret vt bello propugnaretur: nam tunc clerici poſſent pugnare, ſecundum illud Luc. 22. Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat gladium. Sed tamen argm̄ non ſatis probat, quod clerici non poſſint iure diuino vti alia auctoritate quàm eccleſiaſtica; vt puta, quod non poſſint eſſe duces, aut prætores in cauſis ſangninis. Colligitur ergo ſolo iure humano canonico interdictum eſſe clericis exercere cauſam ſanguinis, vt habet in Concilio Toletano. c. His a qui-

bus

bus 23.q 8.& c.Clericis. & c. Sententiã.ne cler.vel mo.ſęcular.negotijs ſe immiſceãt: & eodẽ iure imponĩt pęna irregularitatis clericis percuſſorib.vt hr̃ in c.Presbyterũ: de homicidio voluntario.&in multis alijs: nam in ſacra pagina nulla talis pœna legitur.Vnde S.Tho.2.2 q.64.art.4.non fundat hanc prohibitionem clericorum in aliquo iure naturæ,ſed ſolum duab.congruentijs. Prima, qa ſunt electi ad altaris miniſteriũ, in quo repræſentatĩ paſſio Xp̃i, qui cũ percuteretur,nõ repercutiebat. Secũda, quia clericis committitur miniſterium nouę legis,in qua non determinatur pęna occiſionis,vel mutilationis corporalis.Quæ quidẽ conditiones non conueniebant ſacerdotibus antiquæ legis:atque adeo illis nõ erat interdictum exercere cauſas ſanguinis, eo modo quo clericis nouæ legis.

Ex hac concluſione ſequiĩ, quòd Papa & eccleſia põt diſpenſare pro cã rõnabili cum clericis, ne ſint excommunicati aut irregulares propter percuſſionẽ:atq; adeo, omnino diſpenſare, vt quęcunque occiſio licita ſæcularib. vel in bello,vel in iudicio poſſet ẽt licite & ſine peccato exerceri a a clericis. Habemus ergo, quod clerici accuſare non poſſunt petendo vindictã ſanguinis, nec in cauſa ꝓpria,nec in cauſa publica

blica. Poſſunt tñ, vt diximus in ſuperiori qõne, denunciare crimina, non ſolũ in cã propria, ſed qñ peccatũ eſt in pręiudicium publicum, aut tertiæ perſonæ: & ẽt ſi ſit periculum effuſionis ſanguinis & homicidij: mõ id faciãt proteſtantes ſe non petere hmõi vindictas, vt citatũ eſt ſupra c. Prælatis. de homicidio voluntario, eod. lib. 6. Notandum eſt præterea, qđ 2. q. 7. per totam, hr̃, quod laici non poſſunt accuſare clericos: nec clerici laicos, niſi in certis caſibus, nec ſubditi poſſunt accuſare prælatos, nec hęretici chriſtianos. Et ff. de accuſ. c. Qui accuſare. hr̃, quod infames & publici peccatores accuſare nõ poſſunt. Quæ lex recipit̃ iure canonico. 2. q. 1. c. Prohibentur. Sed hæc oĩa ſunt de iure poſitiuo pertinentia ad forum exteriorem: & iõ non eſt theologi illa examinare. Sed ſatis eſt hic adnotare circa ſubditos, qđ ſolũ prohibent̃ in iure accuſare prælatos ex odio: nã ſi faciant ex charitate, licite faciunt, vt docet. S. Th. 2. 2. q. 68. ar. 1. ad 2. Sed circa infames & excõicatos iam adnotauimus ſuperius drĩam, qđ a denunciatione fraterna, quæ eſt propter emẽdationẽm fratris, nullus repellitur.

Sed dubium eſt, qñ crimen eſt in perniciem publicam, vtrum etiam infames poſſint accuſare. Videtur qu od ſic: nam illud

eſt in præcepto, vt diximus in prima concluſione, & a præcepto nullus propter culpam ſuam expellitur, aliàs commodum reportaret ex culpa.

Reſpōdēt, quod nullo mō infames ſunt admittendi, ēt in illo caſu, vt dicit S. Th. loco citato ad primum argm̄: ſed tñ in tali caſu poſſunt & debent denunciare crimina iudici (quod ait illic Caietanus) vt ipſe faciat quod ex offō debitum ſit ei facere.

Quarta cōcluſio. Sed quantum ad formā accuſationis eſt quarta concluſio. Accuſatio debet fieri in ſcriptis. Hæc hr̄ in iure canonico. 2. q. 8. c. Accuſatorum. & c. Qui crimen, & ff. de accuſ. l. Si cui. Quare illud non eſt præceptū naturale, ſed ſolum poſitiuū. Nihilominus eſt rō congrua huius, quæ ſumitur ex drīa inter denunciationem & accuſationē, maxime fraternam, aut canonicam. Quia in denunciatione non petitur vindicta: quare, nec denunciator proprie eſt actor, nec pars aduerſa denunciato: ſed prælatus & denunciator ambo intendūt emendare fratrem, aut euitare malum publicum. Sed in accuſatione, quia accuſator petit vindictā, conſtituitur actor pars aduerſa reo: & iudex eſt medius inter ambas partes. Quare, actor teneē probare quidquid objicit reo: & inde fit, vt cum iudex non poſſit omnia

nia tenere in memoria, expediat vt accuſatio ſcripto proferatͣ, vt ſi defecerit in probatione, puniatur de calumnia, vt hr̄ in d.l.Si cui. Quod & in denunciatione iudiciali eſt ẽt quandoq; neceſſarium. Tametſi, vt hr̄ l. Leuia. ff. de accuſ. de leuibus peccatis poſſit fieri accuſatio de plano: id eſt, ſolo verbo, ſine ſtrepitu iudicij, vt exponit Bartholus in Extrauag. Ad reprimendum.

Sed dubium eſt circa formam accuſationis, vtrum ſicut denunciationem euangelicam, ita iudicialem accuſationem neceſſarium ſit ſecreta admonitio antecedat. Nã S.Thom.in 4.diſt.19.q.2.art.3. duas recitat opiniones. Primam, quæ tenet partem affirmatiuam: alteram, quæ tenet partem negatiuam. Et Sylueſt. in verbo, Accuſatio.§.3. exiſtimat S. Thom. conſentire cum opinione affirmatiua. Sed profectò veriſimilius vr̄ conſentire cum negatiua: vt pote, quam recitat ſecundo loco. Durandus 4. diſt.19.q.4. dicit, quòd in foro exteriori nõ exigitur vt admonitio præcedat, nec hoc petit iudex: ſed tamen in foro conſcientiæ tam in accuſatione quàm in denunciatione requiritur admonitio: nam euangelium nihil diſtinguit inter denunciationem & accuſationem. Sed Caiet. 2.2. q. 33. artic. 7. dicit, quod quando accuſatio ſolum *Dubium.*

eſt licita,non tamen in pręcepto:tunc pręrequiritur admonitio : ſed quando eſt in præcepto,non eſt neceſſaria.

At vero alia forte rõne melius diſſoluet hoc dubiũ. Primũ, in foro exteriori nunq̃ exigitur ab accuſatore,an priús admonuerit,ſed ſolum vt cãm inſcribat;iuxta illud: Sicut denunciationẽ admonitio,ita & accuſationem inſcriptio præcedere debet,c. Qualiter & qñ.de acc. Sed & in foro cõſciẽtiæ ſtatuerim regulam gñalem,qđ quotieſcunq; quis habet ius accuſandi, eodẽ iure põt ſine p̃uia admonitiõe ſtatim accuſare. Probat. Accuſationis finis eſt vindicatio, punitio criminis ſine reſpectu ad emendã: cum tamẽ admonitio ſolũ fiat ad emẽdationem in futurũ,colligit,vt qui habet ius accuſandi, nõ aſtringat admonere : quia põt accuſare,quãquã crimen iã ceſſauerit. Eſt nihilominus nonnunquã cõſiliũ admonẽdi ante accuſationem.v.g. quando crimen eſt in perniciẽ publicã; tunc ſi certiſſimus ego ſim poſſe me ſatis ſuccurrere illi malo p̃ admonitionẽ meã, debeo admonere ante accuſationẽ,aliàs ſi ſit periculũ in mora, teneor ſtatim ſine admonitione accuſare, aut denunciare. Sed in cauſa propria,vbi tamen non eſt præceptũ accuſandi (quamquam Caietanus oppoſitum inſinuet) non

eſt

eſt dubium quin poſſim ſtatim accuſare illũ,qui occidit patrẽ meũ,ſine aliqua monitione. Nã q̃q̃ homicidã pęnituerit delicti, poſſum nihilominus iuſte petere pęnã capitis Licet eſſet forte conſiliũ remittere iniuriã,& admonere illũ vt reſtituat damnũ, & tunc ceſſare ab accuſatione.Immo in cauſa aliena priuata,vt ſi ſcirẽ aliquẽ eſſe latronẽ,aut fornicariũ in Conuentu, eſſentq; legitimi teſtes,poſſem forſan ſtatim accuſare ſine admonitione, ſi vellẽ ſubire periculũ probãdi.Licet in hoc caſu poſſet forſan ſuſtineri opinio Caie.videlicet,ꝙ deberet p̃cedere admonitio:atq; adeo, emendato fratre,non eſſet procedendũ ad accuſationẽ.

Sed de iniqua accuſatione ſtatuit quinta cõcluſio.Tria ſunt accuſationis vitia, calumnia,præuaricatio,& tergiuerſatio.Concluſio eſt iuris canonici.2.q 3.c.Si quem pęnituerit.& iuris ciuilis.ff.Ad ſenatuſ.Turp. l.Accuſatorum.Calumniari.n. eſt falſa crimina ſcienter intendere. Præuaricari vero eſt vera crimina abſcondere. Tergiuerſari eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Nam,vt S.Th.2.2.q.68.ar.3.ſapienter exponit,bifariam accuſator peccare poteſt: aut cõtra reum,imponendo falſa crimina,& illa eſt calumnia:aut cõtra bonum publicũ, ne criminoſus puniat,& id dupliciter, aut *Quinta concluſio.*

eſt licita,non tamen in pręcepto: tunc pręrequiritur admonitio: ſed quando eſt in præcepto,non eſt neceſſaria.

At vero alia forte rõne melius diſſoluet hoc dubiũ. Primũ, in foro exteriori nunq̃ exigitur ab accuſatore,an priùs admonuerit,ſed ſolum vt cãm inſcribat; iuxta illud: Sicut denunciationẽ admonitio,ita & accuſationem inſcriptio præcedere debet,c. Qualiter & qñ.de acc. Sed & in foro cõſciẽtiæ ſtatuerim regulam gñalem,qđ quotieſcunq; quis habet ius accuſandi, eodẽ iure põt ſine pũia admonitiõe ſtatim accuſare. Probat. Accuſationis finis eſt vindicatio, punitio criminis ſine reſpectu ad emendã: cum tamẽ admonitio ſolũ fiat ad emẽdationem in futurũ,colligit,vt qui habet ius accuſandi, nõ aſtringat admonere: quia põt accuſare,quãquã crimen iã ceſſauerit. Eſt nihilominus nonnunquã cõſiliũ admonẽdi ante accuſationem. v.g. quando crimen eſt in perniciẽ publicã; tunc ſi certiſſimus ego ſim poſſe me ſatis ſuccurrere illi malo p admonitionẽ meã; debeo admonere ante accuſationẽ,aliàs ſi ſit periculũ in mora, teneor ſtatim ſine admonitione accuſare, aut denunciare. Sed in cauſa propria,vbi tamen non eſt præceptũ accuſandi (quamquam Caietanus oppoſitum inſinuet) non

eſt dubium quin poſſim ſtatim accuſare il-
lũ,qui occidit patrẽ meũ,ſine aliqua moni-
tione. Nã q̃q̃ homicidã pęnituerit delicti,
poſſum nihilominus iuſte petere pęnã capi
tis. Licet eſſet forte conſiliũ remittere iniu
riã,& admonere illũ vt reſtituat damnũ, &
tunc ceſſare ab accuſatione. Immo in cau-
ſa aliena priuata,vt ſi ſcirẽ aliquẽ eſſe latro-
nẽ,aut fornicariũ in Conuentu, eſſentq; le
gitimi teſtes,poſſem forſan ſtatim accuſare
ſine admonitione, ſi vellẽ ſubire periculũ
probãdi. Licet in hoc caſu poſſet forſan ſu
ſtineri opinio Caie. videlicet,ꝙ deberet p̃-
cedere admonitio: atq; adeo, emendato fra
tre,non eſſet procedendũ ad accuſationẽ.

Quinta concluſio.

Sed de iniqua accuſatione ſtatuit quin-
ta cõcluſio. Tria ſunt accuſationis vitia, ca
lumnia,præuaricatio,& tergiuerſatio. Con
cluſio eſt iuris canonici. 2. q. 3. c. Si quem pę
nituerit. & iuris ciuilis. ff. Ad ſenatuſ. Turp.
l. Accuſatorum. Calumniari. n. eſt falſa cri-
mina ſcienter intendere. Præuaricari vero
eſt vera crimina abſcondere. Tergiuerſari
eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere.
Nam, vt S. Th. 2. 2. q. 68. ar. 3. ſapienter expo
nit,bifariam accuſator peccare poteſt: aut
cõtra reum,imponendo falſa crimina,& il
la eſt calumnia: aut cõtra bonum publicũ,
ne criminoſus puniat,& id dupliciter, aut

abſcondendo vera crimina, q̃ eſt p̄uarica-
tio:aut recedendo ab accuſatione, q̃ eſt ter
giuerſatio.Ex hoc ſequit̃,ꝙ q̃uis calumnia
in quocunq; iudicio ſit pèccatū:tñ p̄uarica
tio,& tergiuerſatio ſolū ſunt iniuriæ,& pec
catū vbi quis tenet̃ accuſare:puta,qñ crimē
eſt in perniciē publicā,nam tunc iniuria ſit
bono publico,ſi accuſans iuuet accuſatum
vel deſiſtat ab accuſatione:ſed in cauſa pro
pria integrum eſt cuicunq; deſiſtere ab ac-
cuſatione.Sequitur ſecundo,quod vbi nul
la eſt malitia, nulla eſt calumnia nec iniu-
ria.Vbi enīm quis bona fide quempiam ac-
cuſauit de crimine, qđ putabat eſſe crimē,
nulla eſt calumnia:tametſi ratione rei acce
ptæ,tenetur nonnunquam famam reſtitue
re.Et in hoc caſu bonę fidei,intelligunt̃ ver
ba dicti capituli,ſcilicet:Si quem pœnitue
rit accuſare de eo quod probare nō potue
rit,ſi cum accuſato innocente conuenerit,
inuicem ſe abſoluant.Atqui notandum eſt,
non ſolum adeſſe calumniam vbi eſt accu-
ſatio de falſo crimine:ſed p̄terea,vbi eſt ac-
cuſatio de occulto. Nam quod crimē pro-
bari non poteſt, pro falſo reputat̃ in iure.
At præuaricatio contingit duobus modis,
aut diſſimulādo proprias probationes, aut
falſas excuſationes admittendo. Vnde præ
uaricator dicitur, quia deflectit in partem
aduer-

aduerſam:quia,varicare,idē eſt,ꝙ deflecte re:& eadē rōne præuaricatio dr̄ alio noīe, colluſio,inſtar ludētiū,qn̄ alter ſociorū iuuat partē aduerſam.Et hoc vitiū pōt cadere in actorē,aduocatū,procuratorē,& ſcribā.Et paria dicant̄ de tergiuerſatione. Et cōtingit hoc vitiū, ſiue accuſator deſiſtat ꝑ pter pecuniam,aut propter aliam cauſam: niſi deſiſteret ex metu cadente in conſtantē virum.At, cum quis accuſat de propria iniuria,& punitio non eſt neceſſaria ad bonum publicum.tunc integrū ei eſt, aut deſiſtere,aut perſequi accuſationem.At vero his non obſtantibus,pōt princeps iuſta de cā abolere accuſationem,vt ſi ille qui petitur pœna capitali , eſt dux præcipuus, vel aliàs valde neceſſarius reipublicæ:vel ſi certo ſcit falſum eſſe crimen de quo accuſat̄. Poteſt, inquam,tunc,aut in principio refutare accuſationem,aut poſtea abolere:ſiue accuſatio ſit de iniuria publica,ſiue de priuata:dummodo alia via reſtituantur damna,& fiat ſine ſcandalo.Sed tamen inferior iudex non habet talem poteſtatem.

Sexta concluſio.

Sexta,& poſtrema cōcluſio. Calumniator,qui in probatione defecerit,reus eſt pœnæ talionis. Cōcluſio eſt vtriuſque iuris. 2. q.3.c.Calumniator,& c.Qui non probauerit.& ff.de abolitio.l.1.& l.Mulier.& l. quæ

ſitum. Et ſancita eſt hęc lex inſtar legis vete ris, Exod. 21. Oculum pro oculo, dentē pro dente. & Deu. 19. Cumq; diligentiſſime ꝑ ſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuū mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit. Non tamē ſubinde ſequitur, vt multi ſubinferunt, legē talionis eſſe de iure diuino. Nam, vt ſępiſſime admonere ſolemus, totā lex vetus prorſus ceſſauit in paſſione Chriſti, ſecūdum illud Heb. 7. Trāslato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis translatio fiat: vbi non diſtinguitur inter præcepta moralia, aut cæremonialia, aut iudicialia. Quare omnia ceſſarunt quātum ad vim, quam habebāt a lege antiqua: ob idque argumētum huiuſmodi, Hoc antiquitus obligabat de iure diuino, ergo nūc obligat de iure diuino: nihil aliud eſt q̃ hæreticum. Sed eſt differentia, ꝙ pręcepta moralia, quia ſunt de iure naturę, aut pręcepta ſunt iterū in noua lege ſicut decalogus, aut iure ipſo naturali obligant. Iudicialia vero quamquam ceſſauerunt, tamē poſſunt modo inſtitui iure poſitiuo in lege noua, ad exemplū veteris legis. Sed cæremonialia, quia erant figura nouæ legis, non poſſunt iam modo iterato inſtitui, nec ad imitationem illorum. Ad propoſitum ergo. Quam quam ſit ius naturæ, quod qui proximū falſo ac-

ſo accuſat, pęna aliqua puniat: tñ, quod talis pęnæ reus ſit, qualem intendebat infligere, hoc erat in veteri lege iudiciale: & ideo iã non eſt de iure diuino, ſed iure poſitiuo inſtitutum eſt, ad imitationem illius: vt S.Th. dicit in ſimili de quota decimarũ. 2.2. q. 87. Soluere enim decimas in ſtipendia clericorum, eſt de iure naturæ: ſed tamen talẽ quotam ſoluere erat antiquitus iudiciale, & iõ modo eſt de iure humano, ꝑoſito ad imitationem antiquæ legis. At vero quantum ad legem attinet talionis, illa, vt auctor eſt Ariſtotel. 5. ethic. ortum habuit a Pythagoricis, ſecundum illud Radamanthi: Si quæ fecit, patiatur, & ipſe rectum fuerit iudicium. Quod tamen temperat Ariſt. dicens. Talionem. i. re paſſionem, nõ iuſte fieri ſecundũ æqualitatem. Vt ſi princeps plebeium percutiat, non eſt iuſtum repercutiatur ipſe: & ſi plebeius percutiat magiſtratum, nõ ſatis eſt, vt ipſe ſimili modo percutiatur, ſed debet fieri ſecundum analogiam, ſeruata ratione, & porportione perſonarum, &c. Vnde, quamuis dicta lex talionis inſcripta ſit in duodecim tabulis ſub titulo, De iniurijs, tamen Prætoris clemẽtia reuocata eſt, vt refert Gellius lib. 20. noc. att. & meminit Iuſtinianus Inſt. de iniur. §. Pęna. Vnde iam fere non eſt in vſu pęna talionis. Et in re-

gno

gno noſtro Caſtellæ ſolum decernitur pœna talionis in teſtem, qui falſum teſtimonium dixerit in cauſa capitali, vt iubetur l. Tauri vltima. & Chriſtus redēptor noſter, Matt.5, annotauit illam legem talionis tam quam acerbam: Dētem pro dente, oculum pro oculo: atque adeo datam aduerſus malitiam Iudæorum. Tametſi illic non reuocauit legem talionis, vt aliqui putant: nam ſolum illic dedit Chriſtus conſilium cōdonandi, & remittendi iniurias: quod ſolum eſt præceptum quantum ad præparationē animi tempore neceſſitatis.

Ad primum argumentum reſponſum eſt, in ſecunda concluſione. Dimittere. n. peccata debitoribus eſt præceptum, in hoc ſenſu, quod nō debemus nos vindicare auctoritate priuata: ſed tamen non petere vindictam auctoritate publica, id ſolum eſt cōſilium, vt modo dicebamus.

Ad ſecundum, reſponſum eſt in tertia concluſione, vbi explicuimus, qui, & qua ratione repellantur ab accuſatione.

Et ad tertium, reſponſum eſt in prima, & vltima concluſionibus: vbi diximus, quod qui bona fide accuſat, licet deficiat in probatione, non ſubeſt pœnæ talionis.

QVAESTIO VI.

Vtrum inquiſitio occulti peccatoris, nulla præcedente infamia, ſit iuſta.

SVMMAE.

1 *Inquiſitio ſpecialis, qua intenditur ad pęnam delinquẽtis, fieri nequit, niſi infamia, & clamoſa inſinuatione præcedente.*

2 *Inquiſitio generalis iure fieri poteſt abſque præuia infamia, aut actore aliquo aut denũciatore.*

3 *Inquiſitio etiam ſpecialis poteſt fieri abſque infamia, & clamoſa inſinuatione præcedente, & abſque indicijs delinquentis, in quibuſdam caſibus, qui excipiuntur a prima concluſione.*

4 *Nullus conuictus de proprio crimine, debet interrogari de occultis ſocijs, quorum nulla eſt infamia, aut indicia manifeſta.*

SExto quæritur, Vtrum inquiſitio occulti peccatoris, nulla pᷓcedente infamia, ſit iuſta. Ad partem affirmatiuam arguitur. Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, Ro. 15. Sed Ioſue. 7. legimus, inquiſitionẽ diuina auctoritate factã de Achan anathemate, nulla præcedente infamia, aut perſonæ, aut delicti: nempe, qui ſecreto abſconderat de hoſtili præda pallium

lium coccineum;qui ſorte miſſa per tribus inuentus eſt & lapidatus.Et Numeri. 5.lex erat;vt ſi ſpiritus zelotypiæ cõcitaſſet virũ contra vxorem ſuam,cuius adulterium late ret,nec teſtib cõprobari poſſet:tũc vir vxo rẽ afferret ſacerdoti,& celebratis certis cæ remonijs,ſi erat in peccato , putreſcebat ei femur:ſin autẽ,fęcundabatur concepta pro le.Ergo licita eſt iure diuino nulla præcedẽ te infamia,inquiſitio criminis.

Secundo.Diuus Greg.5.q.1.c. Quidam maligni.excõicauit quendã occultũ diffamatorẽ,qui libellũ famoſum in publicũ edi derat,præcipiens,vt hmõi diffamator, quicunque ille eſſet , proderet ſe,aliàs ſententiæ excommunicationis ſubiaceret,cum ta men nulla anteceſſiſſet infamia perſonę.Er go licita eſt iure canonico huiuſmodi inquiſito,nulla infamia reclamante.

Et tertio arguitur.Prælati ex officio debent,& ſolent generaliter inquirere certis temporibus ſubditorũ ſtatum,& mores, q̃uis nulla laborent infamia. Et confirmatur id tandem,quia prælati , vt habetur Ezech. 3.& 33.eo dicuntur Speculatores,quod de bent vigilare ſuper gregem,& ſuorum mores explorare.Ergo ſine clamore,& infamia obligantur inquirere errata ſubditorum.

SED in contrarium extant decreta Inno-

nocentij,extra de accuſa.c.Cum oporteat. & c.Inquiſitionis.& c.Qualiter, & quãdo. el ſecondo.vbi ſtricte cauet, ne inquiſitio pſonæ,niſi pceſſerit infamia,& clamoroſa inſinuatio,vllo mõ fiat.Et idem hr̃.c. licet Heli.ex̃ de ſimon.& c.Deus oĩpotẽs.2.q.1.

POſt correctionem euangelicam,& iudicialem accuſationem,conſequitur tertio,ut de inquiſitione dicamus. Et præter alias drĩas, hoc ẽt differt inter has tres vias cognitionum,quod correptio,& denũciatio euangelica omnib.in uniuerſum incũbit,tam ſubditis,quàm prælatis; accuſatio vero ſolis ſubditis,ſed inquiſitio ſolũ prælatis. Vnde inquiſitio eſt inueſtigatio, aut criminis,aut peccatoris occulti, quæ fit a prælato. Et auctores Decretorum in d. ca. Qualiter & quando, diſtinguunt (quæ ſua eſt cõſuetudo) plura genera inquiſitionis; ſed ſatis eſt duas adnotare.Alia eſt.n.inquiſitio generalis: alia vero ſpãlis. Generalis eſt,qua prælati ex debito officij, viſitantes prouinciã,aut conuentum, diſquirunt vitam ſuorum,& mores, an ſeruentur leges, & inſtitutiones. Et dr̃ generalis, quia nec noĩatur perſona,nec crimen de quo inquirit;ſed in genere,vtrum ſit, qui crimen aliquod admiſerit. Inquiſitio vero ſpecialis eſt, qua in particulari, & nominatim in-

quiri-

quiritur certa perſona, aut de certo crimine: vt, vtrũ Petrus ſit in aliquo delicto: vel, quiſnã perpetrauit hoc homicidium: vel, vtrũ Petrus hoc homicidium fecit. Atqui ſpecialis inquiſitio fieri põt, aut ad pęnam, vt cum inquiritur aduerſus quempiam ad ad priuandum eum officio, vel beneficio: aut ad infligendum aliam pęnam poſitiuã. Aut fieri põt non ad pœnam, ſed ad euitandum errorem, aut damnum aliquod: vt cũ inquiruntur merita perſonæ, ne aſſumat̃ indignus ad dignitatem: aut, cum inquiritur, ſit ne aliquod impedimentum contrahẽdi matrimonij. Atq; adeo, inquiſitio ſpecialis, qua intenditur pęna, ortum habet ſemper ab aliqua denũciatione canonica, quæ fit, vel a priuata perſona, vel a publico officiali: nempe a fiſcali, aut a ſyndico.

Prima cõcluſio. His præhabitis, reſpondetur ad qõnem quatuor concluſionibus. Prima: Inquiſitio ſpecialis, qua intenditur pęna delinquẽtis, fieri nequit, niſi infamia, & clamoroſa inſinuatione pręcedente. Concluſio receptiſſima eſt oĩbus tam theologis, quàm iuris vtriuſq; peritis: ſanè, quia expreſſe hr̃ in decretis omnib. citatis in contrarium qõnis. Explicatur concluſio. Quamuis quiſpiam denunciet prælato crimen ſubditi, & ſint duo, aut plures teſtes iurati conſcij crimi-

criminis, prælatus (niſi tanquã actor accuſauerit) nec punire põt pęna publica, nec procedere ad inquiſitionẽ, niſi infamia prę ceſſerit, aut clamoroſa inſinuatio. Verba ſunt expreſſa dicti capituli, Inquiſitionis. Et intelligitur, quod non põt eum punire, niſi poſt fraternalẽ admonitionẽ rebellis extiterit: nã tunc, quia non audit eccleſiã, puniri põt, vt diximus q. 4. Et probat Papa concluſionem in c. Qualiter, & q̃n. teſtimonijs diuinis vtriuſq; teſtamenti. Primo, ex illo Luc. 16. vbi hr̃, quod poſtquam villicus diffamatus eſt apud dñm de iniqua villicatione, tunc dñs vocauit eum, & interrogauit, quid eſt hoc quod audio de te? red de rõnem villicationis tuæ. Et ſecundo, ex illo Ge. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus eſt: deſcendã, & videbo vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere cõpleuerint. Ex quib. locis colligit, quod niſi præcedente infamia, aut clamoroſa inſinuatione, non eſt ius procedendi via inquiſitionis. Quod poteſt confirmari ex illo Gen. 4. de Cain. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

Sed inſinuant ſeſe circa hanc cõcluſionem dubia nonnulla. Primũ, quó iure nitatur hæc concluſio: apparet enim repugnare iuri, & rationi naturali. Nam, pręter argu- *Primum dubium.*

men-

menta ante qõnem obiecta, arguitur ſic. Offm̃,& cura prælatorum eſt non diſſimulare peccata quę norunt:de qua negligẽtia reprehendit Heli ſacerdos.1.Re.2.quod refert Inn.c.Licet Heli.de ſimonia:Sed duo, aut tres teſtes ſatis ſunt ad conuincendũ, & puniendũ reũ:quia,vt eſt Deuter.17. & Matt.18.in ore duorũ,vel trium ſtat omnę verbũ. Ergo qũocunque iudex cognoſcat crimẽ p duos,aut tres teſtes,licet nulla prę ceſſerit infamia, põt & debet reũ punire.

Reſpondetur, fundamentum huius concluſionis hoc eſſe, qđ neminem iudex punire põt,niſi ad petitionem partis:puta,accuſatoris,vel vicem gerẽtis accuſatoris Et rõ eſt,vt egregie docet S.Th.2.2.q.67.ar.3. quod iudex(inquit Ariſto.5. eth.) eſt interpres,& cuſtos iuſtitiæ, ad quem confugiũt qui iniuriã patiuntur, tanquam ad iuſtitiã quandã aĩatam:iuſtitia vero,quia eſt æqualitas,non eſt niſi inter duos : quapropter, iudex nõ conſtituit iuſtitiã,niſi inter duos, quorum alter ſit actor, alter vero reus:inter quos iudex ſit, vt medium in neutram partem inclinans. Vnde & Gentibus lumine naturali lex erat,neminem ſine accuſatore punire: quàm Feſtus ille commemorat Act.25.Non enim eſt,inquit,conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priuſ-

priuſquam is qui accuſat præſentes habeat accuſatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciunt. Et Ambroſius ſuper illud. 1. Cor. 5. de inceſtuoſo. Iudicis, inquit, nõ eſt ſine accuſatore dãnare quemquã: quia & Dñs Iudã, cũ fur eſſet, ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, minime abiecit. Atqui, Deus ipſe, cui oĩa patent, non caſtigat ſine accuſante, ſaltẽ cõſcientia peccatoris, ſecundũ illud. Rom. 2. Teſtimonium illis reddente conſciẽtia ipſorum, & inter ſe inuicẽ cogitationib. accuſantib. aut ẽt defendentibus: in die cum iudicabit Deus occulta hoĩum. Quinimmo, in finali iudicio ſtabunt quodammodo accuſatores publici, vt innuitur Matt. 12. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ gñatione iſta, & condemnabunt eã. Eſt ergo lex celebratiſſima, vt ceſſante accuſatore, nullus ſubeat pęnam legis. Vnde Felix Papa: Si legitimus, inquit, nõ fuerit accuſator, non fatiget accuſatus. ext. de accuſ. c. 1. Et l. Reſcripto. ff. de mun. & ho. Si quis accuſatorẽ nõ habet, ab honoribus prohiberi non debet: quemadmodũ nõ debet, is cuius accuſator deſtiterit. Quã legẽ inſinnauerit Redẽptor noſter, Io. 8. Nemo te condẽnauit mulier? Nec ego te condemnabo. Satis enim pacatus, & tranquillus eſt ſtatus publicus, ſi pu-

blica,& notoria peccata non diſſimulent; & petentib. vindictã, reſarciantur iniuriæ. Quare, iudices nõ debent tamquã hoſtes, occulta peccata præter ius in publicũ traducere: ſed, vt patres ex charitate corripere aut diſſimulatione pterire. Quocirca, qñ quis ſine actione, & accuſatione denũciat crimen (quia tunc merus denũciator non eſt accuſator, nec eſt pars aduerſa) non põt iudex denũciatũ punire: ſed ſolũ, vt ſupra diximus, fraternaliter admonere, vt caueat in futurũ; aliàs idẽ eſſet accuſator & iudex; qđ iura ſtrictiſſime cohibent. 4. q. 4. c. 2. & c. Multi. 2. q. 1. At vero præter propriũ accuſatorẽ, ſunt multa, quæ præ ſe ferunt vicem accuſatoris. Primo, quando crimen eſt in perniciẽ publicã, ſola denunciatio valet ꝓ accuſatione. Nã in tali caſu quilibet habet ius accuſandi, vt diximus. q. proxim. Sed in criminibus priuatis, quando ſunt notoria; tunc euidẽtia ipſa facti valet pro accuſatore, vt hr. c. Euidentia. extra de accuſ. At vero in occultis, quãdo procedit per denũciationẽ fraternam, tunc ante rebellionem, quia nulla eſt accuſatio, non põt eſſe punitio; quando vero denunciatus nõ audit eccleſiam, rebellio eſt pro accuſatore. Quando vero proceditur via inquiſitionis, infamia, aut indicia fungunt officio accuſatoris

ris, vt hr̄ in d.c.Qualiter & qn̄.Ecce fundamentum, & rōnem cōcluſionis, qua iudex ſine infamia, via inquiſitionis neminē dānare pōt. Et de hoc reprehendit Heli, qđ filios nō correxiſſet, cū eſſent publice diffamati: qđ eius verbis conſtat loco citato: Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab oī populo? non.n.eſt bona fama, quā ego audio. Nec ſolū id verum eſt, quod nemo via inquiſitionis ſine infamia condemnari pōt: ſed & hoc præterea, qđ quamquā ſit infamia, & inquiſitus conuincat̄, non debet dānari tota pęna legis, ac ſi eſſet accuſatus. Quod expreſſe hr̄ in d.c.Inquiſitionis. vbi legit̄, qđ ſi crimen de quo quis inquiritur, ſit tale, quod impediat ordinis executionē, aut retentionem beneficij, vt homicidiū, aut ſimonia: tunc priuandus eſt, & condemnandus reus, ac ſi procederet̄ via accuſationis: Alioqui ſecundum perſonæ, inquit, merita & qualitatem exceſſus, pęnam poterit iudicantis diſcretio moderari. Sed adhuc citra hæc crimina, poterit via inquiſitionis conuictus priuari officio prælaturæ, vt habetur in d.cap. Qualiter, & quando. & facilius ſi ſit temporale, & regulare in religionibus.

Sed oritur dubiū alterum ex ſolutione huius prioris: videlicet, an cōcluſio poſita *Dubium.*

ſit de iure naturali, aut diuino, adeo vt eccleſia non poſſit in illa diſpenſare. Vr̃.n.eſſe de iure naturæ:nã iuſtitia ſuapte natura eſt æqualiter inter duos, inter quos iudex debet æqualitatẽ conſtituere:ergo ꝙ naturam iuſtitiæ eſt, vt iudex ſine actore condẽnaret reũ:& per ꝯñs, quod ſine infamia ꝓcederet ad inquiſitionẽ. Et ſecundo vr̃ cõcluſio de iure diuino, poſtquam Papa corroborat illam teſtimonijs diuinis.

Reſpondetur primo, concluſionem eſſe de iure humano, vt patet in capitulis citatis. Secundo, concluſio eſt valde cõformis iuri, & rõni naturali. Sed tertio dicimus, illã nõ eſſe proprie de iure diuino poſitiuo: quia nullum eſt tale præceptũ in ſacra ſcriptura, vt nemo ſine infamia via inquiſitionis damnet. Et illa teſtimonia citata ſolum explicant factum diuinum conformiter ad rõnem naturalem. Et quarto dicimus, qđ non eſt de iure naturæ, ſaltẽ non eſt de genere illorum, quę ſunt immutabilia, qualia ſunt præcepta Decalogi, quæ dicit S. Tho. nullatenus eſſe diſpenſabilia. Ex quib. colligimus, qđ Papa in eccleſia, & princeps in foro ſuo pro magna, & rationabili cã poſſent diſpenſare in tali lege. v. g. Si eſſent frequentiſſimi criminoſi, & ſceleroſi homines, a quib. reſpublica grauiter perturbaretur,

tur, poſſet fieri lex, vt quotieſcunq; fuerint duo, aut tres teſtes, in fligeretur pæna legis: vel quãdo crimen eſſet grauiſſimum, vt ſtatim concluſione tertia euidentius fiet: nam illa ratio, ſ. quod iudex debet conſtituere iuſtitiã inter duos, explicat id quod plurimum fieri debet: ſed rationabilis cauſa poteſt facere, vt teſtimonium duorũ, vel triũ valeat pro accuſatore, ſicut euidentia facti. Nihilominus nemini prælatorum, aut iudicum licet agere contra tenorem cõcluſionis, niſi in caſibus expreſſe exceptis a lege, de quibus ſtatim videbimus. Nam ſolus Papa, vel princeps poſſet mutare hãc legem.

Tertiũ dubiũ eſt, quænam infamia ſufficiat ad ꝓcedendũ via inquiſitionis: vtrũ ſit d̄ſtinatus certus numerus teſtiũ ꝗ ſufficiat facere infamiã: nã sũt nõnulli Canoniſtę, ꝗ in d. c. Inquiſitionis. cẽſeant denariũ numerũ eſſe neceſſariũ ad faciendam infamiam. *Dubiũ. 3.*

Ad hoc nihilominus reſpõdetur, quod, quamquam fama, ſi accipiatur pro bona fama ſecundũ ius, ſit illæſæ dignitatis ſtatus, moribus, & legib. comprobatus. ff. de var. & extraor. cog. l. Cognitionum, tamen quãtum attinet ad propoſitum, vt no. Bar. ff. de quæſtioni. l. De minore. §. Tormẽta. Fama eſt communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpitione proueniens: quæ ſi ſit de malo,

dicitur infamia. Vnde, ad rationē infamiæ, quantū ad qualitatē teſtiū, exigit, ꝙ ſit opinio bonorū. Vnde in c. Qualiter & qñ. habet, ꝙ infamia non dēt procedere a maleuolis, & maledicis, ſed a prouidis, & honeſtis, nō ſemel tm̄, ſed ſæpe. Sed quantū ad numerū teſtiū, nihil in iure definitū eſt: nā in c. Inquiſitionis. ſolum habetur, ꝙ ꝓpter dicta paucorum, non debet quis reputari infamatus: niſi opinio eius apud bonos, & graues læſa exiſtat. Quare, iudiciū ſufficiētis infamiæ ſumendū eſt ad arbitriū boni viri, quando iam opinio dicitur eſſe cōmunis. Sed putāt aliqui, quod numerus denarius ſicut ſufficit facere populū, ita ſufficit facere opinionem communem. Nihilominus illa non eſt regula certa: ſed regula eſt, (vt dicit glo. in d. c. inquiſitionis.) quod rumor ſit ſparſus per maiorem partē viciniæ: aut per maiorem partem collegij, aut vniuerſitatis, in qua quis commoratur, vt not. Bar. loco citato. Hoſtienſis diſtinguit inter clamoroſam inſinuationem, & infamiam: quod clamoroſa inſinuatio ſit inter paucos & infamia inter multos. Sed exiſtimo nullā eſſe differentiā, ſed vtranq; eſſe inter multos, vt cēſuit illic Innocētius. Nec requiritur ad infamiam, quod ſint teſtes omnes oculati: ſed ſatis eſt qđ audierint a fide dignis

gnis,vel habuerint indicia, & conieḋturas ſufficientes.Infamia tamen ex auditu,licet ſufficit ad inquirendũ,non tñ ad condemnandũ.Sed qñ non inueniunt̃ legitimi teſtes,tunc infamatus tenet̃ ſe cõpurgare; vt habet̃ in d.ca.Inquiſitionis. Atqui,maior infamia requirit̃ in maiorib.criminibus, q̃ in minoribus.Et,vt habet̃ in d.c.Qualiter, & qñ.multo maior infamia requiritur ad inquirendũ aduerſus prelatos,& magiſtratus, q̃ aduerſus perſonas priuatas. Nam prælati poſiti ſunt quaſi ſignũ ad ſagittã,& frequẽter odiũ multorũ incurrunt. Immo habet̃ illic, quod aduerſus prælatos nõ eſt inquirendum,niſi quando infamia eſt tanta, vt ſine ſcandalo tolerari non poſſint. Sed eſt præterea adnotãdum,quod vbi ſunt manifeſta indicia,nõ eſt neceſſaria alia infamia: nam indicia æquipollent infamię. Vnde S. Th.2.2.q.69.ar.2. tria ponit ſub diſiunctione ſufficientia ad interrogandum iuridice reum,aut teſtem:ſ.infamiam, aut indicia, aut ſemiprobationem.Et ſemiprobatio eſt vnus teſtis omni exceptione maior.

Quod,ſi quis arguat contra tertium mẽbrum.In c.Inquiſitionis.vt dictum eſt, cauetur vt,quamquã ſint duo, aut plures teſtes iurati,non condemnetur,aut inquiratur reus,niſi adſit infamia:ergo ſemiproba

tio ſola non ſufficit.

Reſpondetur, qđ ſemiprobatio ſufficit ad interrogandum reũ,vel teſtem, quando proceditur via accuſationis. Quãdo enim quis accuſat,& adducit vnum teſtem: tũc, licet ille non ſufficiat ad condemnandum reũ,ſufficit tñ ad interrogandũ alios teſtes reũ ipſum. Et idẽ eſt vbi denunciatio habet vim accuſationis: vt in crimine hæreſis, & alijs q̃ ſunt in perniciẽ publicã. Sed vbi ꝓcedit per nudã denunciationẽ, & inquiſitionem,non ſufficit ſemiprobatio, niſi adſint,vel infamia,vel indicia manifeſta.

Quartum dubium. Sed ad maiorem euidentiam concluſionis,mouetur dubium quartum. An quãdo crimen eſt notorium,ſed perſona, quę crimen admiſit eſt ſecreta,ius habeãt iudices inquirendi malefactorem. V. g. Inuentum eſt cadauer occiſi hominis iacẽs in via, an liceat interrogare vicinos, quiſnam hominem occiderit. Et ad partem affirmatiuam arguitur primo auctoritate S. Thomæ,qui (vt refert pręter alios Caie.2.2.q.69.art.2.) dum eſſet bachalarius Pariſijs,& in cõuentu accidiſſet flagitium quoddam, cõſultus liceret ne inquirere occultũ malefactorẽ: reſpondit,licitum eſſe,& expedire. Et confirmatur. Quia, vt ſupra diximus, euidentia patrati ſceleris,locũ habet accuſationis: ſed

quan-

quando factũ eſt notoriũ, iã eſt euidentia patrati ſceleris. ergo tũc ſine alia infamia põt procedi via inquiſitionis: queadmodũ ſi procederet via accuſationis. Et ſcđo arguit ex cõſuetudine. Nã vbicunq; crimen eſt notoriũ, ſolẽt iudices procedere ad inq ſitionẽ malefactoris. Et vr̃ rationabilis cõſuetudo: aliàs cenſerent diſſimulare iudicia, & correctiones criminũ: vnde populus ſcandalũ acciperet, ſi iudices in tali caſu non ſollicite diſquirerent delinquentes.

Nihilominus reſpondetur, ꝙ hoc, quod apud aliquos eſt dubium, certe nullam habet obſcuritatem, ſi ſemel intelligat ſtatuta concluſio. Nam canones illi citati, ſ. qđ ſine infamia nõ procedatur via inquiſitionis, hoc manifeſte prætendũt, quod quamuis crimẽ ſit notorium, ſi peccator ſit adeo occultus, vt nulla ſint indicia, nec infamia perſonæ, nõ procedatur ad inquiſitionem eiuſmodi occulti peccatoris. Verba ſunt in d. c. cum oporteat, Niſi ſuper prædictis famam ipſius (ſcilicet perſonę) lęſam eſſe noueritis, vos ad inquiſitionẽ nõ ſubito procedatis. Et in c. Inquiſitionis. habetur, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua nõ laborat infamia, puniendum. Et in d. c. Qualiter & quando. Si ſuper exceſſibus ſuis qſquam fuerit infamatus, tunc procedẽdum

eſt

eſt ad inquiſitionem. Et teſtimonia ipſa diuina teſtantur requiri infamiam pſonæ ad inquiſitionẽ, ſcilicet: Clamor Sodomorũ multiplicatus eſt, & in euangel. de villico? Quid eſt hoc, quod audio de te? Eſt ergo in iure definita concluſio, quod quamquam crimen ſit notorium, niſi ſit infamia perſonæ, non procedatur ad inquiſitionem. Vnde dimanat aliud ius, vt ſtatim videbimus, videlicet, quod confeſſus crimen nõ interrogetur de ſocio: quia, quamquã iam tunc crimen eſt notũ, tñ ſocius eſt occultus. Et ſecundo probat rõne. Canones illi, & iura, ꝙ ſine infamia nõ procedat ad inquiſitionẽ, fundant in illo euangelij; Matt. 7. Nolite iudicare: vbi ſecũdũ Aug. cohibemur iudicare temere de occultis peccatis: Sed quamq̃ crimen eſt notoriũ, ſi non ſit infamia, aut indicia perſonæ, tũc temere quis iudicaret quiſnam fecerit. Ergo hoc non licet inquirere.

Ad hoc reſpõdent nonnulli, nõ eſſe licitũ interogare in particulari, vtrũ Petrus occiderit: nã talis interrogatio nõ põt fieri ſine ſuſpitione, & iniuriã irrogat, q ſine cõiecturis male ſuſpicat de proximo. Sed dicũt ꝙ licitũ eſt tũc in genere, interrogare ſub iuro quiſnã perpetrauit hoc crimẽ. Sed certe hæc diſtinctio nõ ſatisfacit. Nã, ſi q interto-

rogatur in genere,tenetur reſpōdere in particulari,eadem fere iniuria eſt interrogare an Petrus fecerit,& interrogare qs fecerit.

Et tertio arguitur particulariter contra hanc ſolutionem.Si dum crimen eſt notoriū,licet in genere inquirere malefactorē, ſequeretˉ,quod ſi inter alios forte interrogaretur ipſe malefactor tenetˉ confiteri propriū crimen: nam certe,ſi illa interrogatio eſſet iuridica,ſicut teſtes tunc tenerentˉ reſpondere quis fecerit,ita & reus ipſe:ſed cōſequēs nullus cōcederet:videlicet, ꝙ aliqs teneretˉ cōfiteri crimen propriū,de quo nō eſt infamatus, nec ſunt manifeſta indicia. Habetˉ ergo ſenſus cōcluſionis, ꝙ ꝗuis crimen ſit notoriū,nō licet inquirere peccatorē ſine infamia: exceptis tamē nōnullis caſib.vt in crimine læſæ maieſtatis, & alijs quos adnotauimus in tertia concluſione.

Adiecerim tamen huic reſpōſioni,quod quando crimē eſt notorium,& patrator occultus,forte liceret in genere inquirere:nō quidem quis patrauerit, ſed inquirere aliqua indicia.Verbi gratia, poſſent tūc interrogari teſtes,ān ſciant qua hora occiſus eſt homo,quibus armis : ſi forſan ex illis teſtimonijs ſumantur indicia ſufficientia occiſoris:& tunc habitis indicijs,poterit deſcēdi ad inquiſitionem perſonę Hoc dixerim

ſub

ſub dubio:alij iudicẽt,ſit ne verum nec ne.

Vnde,ad auctoritatem S.Thomæ in cõtrarium reſpondetur,quod ſi verũ eſt tunc iuuenem ita ſenſiſſe,tñ(vt fertur) non fuit tunc eius ſentẽtia probata magiſtris. Quare in ſumma ſentẽtiam mutauit.2. 2.q.69. ar.2. Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ tunc euidẽtia patrati ſceleris valet pro accuſatore,qñ non ſolũ crimen,ſed patrator criminis notorius eſt. Et ille eſt ſenſus verborũ Aug.in c.Euidentia.de accuſ.Ad conſuetudinẽ,quæ videtur in contrariũ inoleuiſſe,dicemus in fine tertiæ concluſionis.

Dubiũ. 5. Quintum dubium eſt,vtrum econuerſo quando perſona diffamata eſt, & conuicta de vno crimine, poſſit iure interrogari de alijs criminibus occultis.Eſt enim opinio Petri de Palu.affirmatiua in 4. diſt. 19.q.4. Et fundamẽtum eius eſt:quia ratio,inquit, qua non licet iudicare de occultis, non eſt propterea,ꝙ crimen ſit occultum:ſed propterea quod perſona ſit occulta.ergo,quãdo iam perſona eſt diffamata de vno crimine,licitũ eſt de alijs interrogare. Et peccator interrogatus de occultis criminib. tenetur confiteri veritatem.Immo addit, ꝙ nõ ſolum de ſe,ſed de ſocijs: quando ſunt alij diffamati de eodem crimine, tenẽt reſpondere,ſi interrogetur,de alijs criminib.

ſocio

ſociorum. Caietanus loco citato, oppoſitã ſnĩam tenet, cui cenſeo oĩno ſubſcribendum eſſe. Nã expreſſe in canonib. citatis, De accuſ. hr̃, quod non ſolum requirit̃ infamia perſonæ ad inquiſitionẽ: ſed quod nõ põt fieri inquiſitio, niſi de illo crimine, de quo quis eſt infamatus. Legitur. n. in c. Cũ oporteat. Diſcretioni veſtræ mandamus, quod niſi ſuper prędictis famã ipſius lęſam eſſe noueritis, vos inquiſitionẽ illorum nõ ſubito ꝓcedatis. Et in c. Inquiſitionis. legitur: Reſpondemus, nullũ eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, puniendũ. Et S. Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. dicit, quod ſi exigatur ab aliquo teſtimonium de occultis peccatis, de quibus infamia non pręceſſit, non tenetur ad teſtificandum. Requiritur ergo infamia perſonæ, & de delicto, vt iuſte fiat inquiſitio. Et hoc confirmatur ratione. Nam, quãquam quis ſit diffamatus de adulterio, põt habere bonam famam in materia furti: & iõ iniuria fieret illi ſi interrogaretur de furto: aliàs ſequeretur, quod quicunq; infamatus de vno crimine, licite interrogaretur de quibuſcunq; criminib. mundi: quod tamen nullus concedet. At vero duobus modis licet conuictũ de vno crimine, interrogare de alio. Primo quãdo vnum eſt ſufficiens indicium, aut infamia alte-

alterius: vt ſi quis infamatus eſſet, & conuictus de adulterio, & de conſuetudine cum muliere, & poſtea inuenit̃ necatus maritus adulteræ in camera eius, iure poſſet tunc adulter interrogari de homicidio. Et ſi qs eſſet conuictus de homicidio, & cadauer inueniret̃ expoliatũ, poſſet interrogari de expolio. Et ſecundo, qñ non põt cognoſci perfectè vnũ crimẽ ſine cognitiõe alterius, tãquã circũſtantiæ prioris: vt cũ quis cõuictus eſt de conſuetudine cum puella, iure interrogari poteſt, an ipſam deflorauerit; & conuictus de furto eccleſiaſtico, iure poteſt interrogari, an fregerit fores eccleſiæ; quia iſtæ ſunt nouæ circunſtantiæ.

Vltimũ dubium. Sextũ & poſtremũ dubiũ eſt, vtrũ iure cõuictus de crimine, iure poſſit interrogari de ſocijs occultis, qui nulla laborãt infamia: nã conſuetudo fere eſt vbiq; oẽs malefactores interrogari de ſocijs. Dubiũ hoc ſatis definitũ eſt vtroq; iure ad partẽ negatiuã: puta iure canonico. c. Cũ monaſteriũ. de confeſſis. & c. Veniẽs. de teſtib. & 15. q. 3. c. Nemini. & iure ciuili. C. de accuſ. l. fi. in quib. expreſſe cauet̃, ne cõfeſſis ſup aliorũ cõſciẽtijs interrogent̃, crimine læſæ maieſtatis excepto. Quæ quidẽ iura cõfirmãt illud qđ dictũ eſt in deciſione quarti dubij: videlicet, qđ quamq̃ crimen ſit notorium,

non ſit iuſtum occultos criminoſos inquirere. Et eadem rõne deciditur utrumq; dubium. Nam certe, quãuis Petrus conuictus fuerit de crimine, nullũ ius eſt ipſum interrogare de ſocijs occultis. Imò fit illis iniuria; & eſt contra canones citatos in tit. De accuſ. illos inquirere, niſi præcedente infamia. Imò eſt contra legem euangelicam, qua prohibemur de occultis temere iudicare. Et eadem eſt ſententia Caietani in 5. reſponſione, quæ eſt de hoc dubio, ad fratrem Cherubinum de Florentia.

Sed, nunquid ſunt aliqui caſus, in quib. ius ſit inquirere occultum aliquem peccatorem abſque infamia, aut clamoroſa inſinuatione antecedenti?

De hoc ſecunda cõcluſio. Inquiſitio generalis, iure fieri põt abſq; præuia infamia, aut actore aliquo, aut denunciatore. Probatur, quia illa nõ fit ad petitionẽ partis, ſed ex mero officio iudicis. Tenent.n. tam prælati eccleſiaſtici, quàm ſeculares magiſtratus, ſtatis temporib. viſitare prouinciã, diœceſim, aut conuentum, ad explorãdos ſubditorum mores, vt iubet prouidenter iure canonico. c. 1. de off. ord. & c. Cum olim. de accuſ. & c. Romana. de cenſ. li. 6. & iure Cæſareo. l. congruit. ff. de off. præſidis. *Secunda concluſio.*

At, dubium ſuboritur hic; quia vr̃ hæc *Dubium. 1*

con-

concluſio repugnare priori. Enimuero, ſi prælatus neminem punire poteſt via inqui ſitionis, nec ſpecialiter aduerſus quempiã inquirere ſine infamia reclamante, quid nam prodeſt inquiſitio generalis?

Reſpondetur,quod quamuis prelatus in inquiſitione generali ſpãliter inquirere nõ põt aduerſus perſonam ſingularẽ ſine accuſatore,aut infamia : nihilominus vtiliſſi ma eſt id genus inquiſitio. Debet enim primum oĩum prælatus generaliter indicere, vt quicunq;,ſeruato ordine iuris,denũciet quidquid nouerit correctione dignum, tacendo illa quæ ſunt occulta,vt hr.c.Qualiter & quando.el primero.de accuſ. Et tũc ſubditi animaduertant an crimina, quę no uerint, ſint prorſus emendata, ita vt nullũ ſuperſit amplius periculum.Et hæc nullatenus tenentur denunciare, niſi adſit accuſa tor,aut niſi præcedente infamia interrogẽ tur,vt teſtes.Si vero crimen nõ eſt prorſus emendatum,tunc denunciãdum eſt eo ordine,qui expoſitus eſt q.4.vt videlicet,ſi ſit in perniciem publicam,aut in præiudiciũ tertij,aut ſi ſit periculũ in mora, ſtatim canonice denuncietur:ſi aũt ſit priuatũ, tũc præuia admonitione ſecreta fraternaliter denuncietur, ſi ſit ſpes emendæ:nam aliã ; non eſt neceſſaria denunciatio.

Itaque

Itaque (vt vno verbo dicamus) prælatus in inquiſitione generali ſolum põt cõpellere ſubditos ad denunciandum crimina; in illis caſibus, & eo ordine, quo ipſi tenerentur extra viſitationem: præterquam quod extra viſitationem poſſent forſan differre tp̃s denunciandi, ſed in viſitatione tenent̃ ſtatim denunciare ad iuſſum prælati.

Tertia concluſio. Inquiſitio ẽt ſpecialis poteſt fieri abſque infamia, & clamoroſa inſinuatione p̃cedẽte, & abſq; indicijs delinquentis, in quibuſdã caſib. qui excipiuntur a prima concluſione, quos videre eſt apud Bar. ff. ad l. Iul. de adul. l. 2. poſt gloſsã. §. Si publico, & ſuper extraua. ad reprim. & per Doct. canoniſtas in dictis capitulis Inquiſitionis, & Qualiter & qñ. qui tamen caſus digni ſunt vt examinent̃. Primus eſt, qñ in inquiſitione non intendit̃ condẽnatio, aut pęna inquiſiti, ſed euitatio erroris, aut dãni: vt cum inquirunt̃ merita perſonę antequã aſſumat̃ ad dignitatẽ. Nã illã tenetur facere p̃latus ex debito officij, ne eligatur, aut confirmet̃ indignus, vt hr̃ c. Cũ in multis. & c. Cũ dilectus. extra de elect. Aut cum inquiritur impedimẽtum matrimonij: ne ſcilicet, aliqui contrahant in gradu prohibito, c. fi. de clãd. deſponſ. Secundus caſus eſt, quãdo quis publice cõfeſſus eſt crimẽ

Tertia cõcluſio.

proprium extra ordinē iuris. Nam propria confeſſio abūde ſuppetit pro infamia. Hic tñ caſus intelligendus eſt ſano mō: vt puta, cū quis in publico corā multis crimē proprium cōfitet. Nā ppea quod quis ſecreto corā vno, aut duob. imò ēt coram prælato, lapſu linguæ, aut alio mō, ſpōte diceret ſe commiſiſſe aliquod crimen: aut ſi prçlatus aperiret lr̄as ſubditi, in quib. ſubditus ipſe aſſereret aliquod crimen admiſiſſe, nō eſſet certe ius inquirendi iudicialiter, ſed ſolū fraternaliter corrigendi: niſi forſan crimen aduerſus bonum publicum vergeret.

Tertium caſum excipiunt, quādo iudex procedit ex mero officio, aut ad denunciationē publici officialis. Sed tamen ego nō video, quod amplius priuilegium habet denunciatio publici officialis, quā denunciatio priuatæ perſonæ, ſaltē quantū ad hoc. Nec Bar. dicit aliud, quàm quod poteſt fieri inquiſitio ad denūciationem publici officialis: quod probat per l. ea quidem. C. de accuſ. vbi ſolum hr̄, quod ea quæ per officium publicum denunciantur citra ſolemnitatem accuſationis cognoſcantur: vbi ſermo eſt, vt dicit gloſſa, de criminibus notorijs. Colligamus ergo, quod quando denunciatio publici officialis eſt de crimine pniciōſo reipublicæ, aut de crimine notorio:

rio:tunc,quia denũciatio,vt ſupra diximus, valet pro accuſatione,põt ſine infamia fieri inquiſitio. Sed tñ,ſi crimen eſt priuatum, nec eſt in præiudiciũ tertij, illud non incũbit officiali denunciare: & quãquam denũciet,nõn põt fieri inquiſitio abſq; infamia, vel indicijs:quemadmodum ſi denũciatio fieret ab alia perſona priuata. Quartus caſus excipit pp incidentem cognitionem: vt ſi iudex inquirendo vnum crimen,detegit aliud,tunc põt inquirere in illo. Hoc tamen cũ grano ſalis intelligatur, vt adnotauimus in 5.dubio circa primam concluſionem.Si.n.quis inquiritur de concubinatu,de quo laborat infamia:& incidẽter cognouerit iudex concubinã eſſe monialẽ, aut conſanguineã:tunc põt inquirere de illa circunſtantia:quia aggrauat concubinatum.Et eodẽ mõ,vbicunq; peccata habent talem connexionẽ,qđ vnũ eſt indicium alterius, aut vnum non põt perfecte cognoſci ſine alio.Si tamen crimina ſunt oĩno diſparata,tunc incidens cognirio occulti criminis,non dat ius inquirendi. Vt ſi ille,qui inquiritur de concubinatu,inueniatur occultus homicida, nõ põt de homicidio fieri inquiſitio abſque infamia, aut indicijs. Quintus caſus eſt,quẽ ponit Bart.in tertia ſua regula:videlicet,quãdo iudex,aut præ-

latus in inquiſitione generali ꝯperit aliquē deliquiſſe, pōt tunc ad ſpālem inquiſitionē deſcendere. Sed tñ nec ipſe explicat hoc li cere abſq; infamia, vel indicijs: nec ego ita credo. Imò, quamuis in inquiſitione generali comperiat delinquens quiſpiā, & delictum probari poſſit, & non ſit in perniciē publicā, nec in præiudiciū tertij, nō pōt de illo fieri inquiſitio ſpecialis, nec pōt puniri, niſi ſolū fraternaliter. Poſſet tamen, ſi ille flagitioſus eſſet prælatus, priuari officio regulari, pp periculum regiminis. Et certe, ſi tunc fieret inquiſitio ſine infamia, eſſet contra. c. Inquiſitionis. & Qualiter & qñ. Sextus caſus eſt pp atrocitatem criminis, vt patet in primis in crimine læſæ maieſtatis, de quo ſpecialiter hr̄ in Extrauagan. ad reprimen. vt de plano, quod eſt citra ſolemnitatem iuris, procedatur ad inquirendū, qui tale crimen commiſit. Quare, abſque infamia, & manifeſtis indicijs, ſi quis occulte occidiſſet, aut percuſiſſet principē, poſſet inquiri quicunq; eſſet ſuſpectus de tali crimine. Et additur hac ratione a Iuriſconſultis, quando facinus eſſet admiſsū aduerſus epm, aut aliam perſonam huius ordinis, aut quomodocunque eſſet crimen atrociſſimum: quod forſan eſt verum. Nā, vt ſupra diximus, non eſt adeo de iu-
re

re naturæ requiſita infamia,& indicia ad in quiſitionē, quominus poſſit in hoc diſpenſari ob rationabilem cām. Et poſtremo dicunt inquiſitionē ſpecialē fieri poſſe abſq; infamia, & indicijs, qñ crimen cōmiſſum eſſet in iudicio, aut in conſpectu iudicis. Et afferunt exēpla de calumniatore, de falſo teſte, de iniquo tutore. Et credo hoc verū eſſe, nō pp atrocitatē criminis, vt illi putāt, ſed propterea, quia hmōi crimina ſunt in p̄ iudiciū tertij: Nā cōcluſio prima, videlicet ꝙ abſq; infamia nō pōt fieri inquiſitio, intelligitur de criminibus priuatis, quæ non ſunt in præiudicium tertij. Crimina.n. publica, aut quæ ſunt in præiudicium tertij: quomodocunq; cognoſcantur, inquirēda ſunt & coercāda: ſi ſunt in fieri, & damnū pendet in futurum. Vnde ſi iudex cōperit quod reus accuſatus eſt per calumniam, ſine alia infamia, poteſt inquirere contra calumniatorē, & punire: vt habetur. C. de calum. l. 1. Et idem ſi comperiat falſum teſtē, vt iubetur. l. nullum. C. de teſtib. aut ſi comperiat quēpiam falſam ſcripturam finxiſſe, vt l. pen. C. de prob. aut ſi comperiat tutorē infideliter gerere rem pupilli. l. Tutorē. de his quib. vt indig. Et idem in vniuerſum obſeruādum eſt in criminibus, quæ ſunt in præiudicium tertij. Per hæc facile ſoluitur

vltimũ dubium huius quęſtionis, vtrũ con uictus de proprio crimine iure poſſit inter rogari de ſocijs occultis, qui nulla laborãt infamia:nam cõſuetudo fere eſt vbiq; quoſcunq; malefactores interrogare de ſocijs.

Ad dubium reſpõdetur quarta,& poſtrema concluſione. Nullus conuictus de proprio crimine debet interogari de occultis ſocijs,quorum nulla eſt infamia, aut indicia manifeſta. Cõcluſio hæc in primis correlarie ſequiẽ ex prima cõcluſione, quatenus expoſita eſt in quarto dubio: vbi diximus,quod quamuis crimen ſit notorium, non eſt ius inquirendi ſpecialiter aduerſus quẽpiam,niſi ſit de illo infamia, aut indicia. Vnde colligiẽ,ꝙ ꝗuis crimen ſit notoriũ per cõfeſſionẽ huius malefactoris,nullũ eſt ius inquirendi alios occultos ſocios. Secundo,concluſio expreſſe determinata eſt vtroq; iure:puta,iure canonico, c. Cũ monaſteriũ.de confeſ.& c. Veniẽs extra de teſti.& 15.q.3.c.Nemini: & iure ciuili. C. de accuſ.l.fi.& ff de quæſt.l.repeti: in quib. locis expreſſe cauẽ,ne cõfeſſi ſuper aliorũ cõſcientijs interrogenẽ,crimine læſæ maieſtatis excepto. Et inter theologos eadem eſt ſñia Caie.in opuſculis reſpon.5.ꝗ eſt de hoc dubio,ad fratrem Cherubinũ de Florentia. Sed excipiuntur ab hac concluſione

Quinta concluſio.

ne aliq caſus, quos notat Bart. ſuper dictã l.Repeti. Eſt primum omniũ in cõſuetudine interogare oẽs latrones,& fures đ ſocijs. Et fundant Iurecõſulti hanc cõſuetudinẽ in l.Prouinciarũ.C.de ferijs. Illic tñ nõ habeẽt expreſſe,ꝙ latrones interrogenẽ de ſocijs:ſed ꝙ eorũ occulta cõſilia per tormenta conquirant.Et eſt ſermo ſpecialis de quodã genere latronũ Hiſaurorũ. Sed l. Diuus Adrianus.ff.de cuſt.reo. habeẽ, ꝙ latrones interrogenẽ de ſocijs.Et idẽ colligiẽ ex l.4. ff.ad l.Iuliam peculatus.§. mandatis. Item, falſarij monetę,puta,qui monetam adulterant,aut falſam cudunt, interrogari debẽt de ſocijs:quod iubetur.C.de falſa moneta l.1.Vnde Bar.in d.l.repeti.fingit hãc diſtinctionem.Quãdo ſunt delicta, quæ non cõmittuntur principaliter in odium alterius: ſed propter commodum committentium, qualia,inquit,ſunt latrociniũ, & adulteratio monetę:tunc cõuicti interrogãdi ſunt de ſocijs.Quando vero ſunt crimina, quæ committuntur in odium alterius,vt eſt homicidium:tunc conuictus nõ debet interrogari de ſocio.Et ratio eſt,vt ait, ꝙ quando flagitium cõmiſſum eſt in odium,& iniuriã aliorum:tunc illi ad quos crimen ſpectat:poterunt accuſare ſocios:& ideo non eſt neceſſaria inquiſitio illorũ. Sed quãdo

crimina non cōmittuntur in iniuriam alterius: tunc, quia nō eſt, qui accuſet, cōuenit alios ſocios interrogare de alijs. Sed certe hæc rō nō vī ſatisfacere. Primo, quia fallit (vt ipſe fatet illic) nā aliqñ occiſores interrogandi ſunt de illo, qui pcepit homicidiū vt conſtat. l. prius. ff. ad Senatuſ. Syllan. Et ſecundo, quia licet crimen nō ſit in iniuriā alterius priuatæ perſonæ, dū tñ ſit in perniciē publicā, vt latrocinium, & adulteratio monetæ, quicunq; hēt ius denūciandi, & accuſandi, vt ſupra dictū eſt. Et iō propter defectū accuſatoris non eſſet neceſſariū inquirere de ſociis. Alia ergo via ratiocinandum eſt hic: nam cōcluſio hæc quarta fundamentū habet in prima. Enimuero, quia non licet occultos malefactores abſq; infamia, & indicijs inquirere, fit vt nō liceat cōuictum de manifeſto crimine interrogare de ocultis ſocijs. Quo circa, iidem caſus qui excipiuntur a prima, excipiūtur ab hac concluſione. Primo excipitur caſus, quando crimē eſt in perniciem publicam, ſicut eſt hæreſis, & proditio: tunc enim, vt ſupra diximus, quia ſimplex denunciatio valet p accuſatione, abſq; alia infamia, vel indicjs, poſſunt inquiri occulti peccatores: atq; adeo, ſocij interrogari de ſocijs. Idem patet in crimine læſæ maieſtatis, vt patet. l. quiſ-

buis.in fin.C.ad l.Iuliam maieſtatis. & expreſſe in extrauag.ad reprimen Idē liceret propter grauē atrocitatē criminis, vt dicebamus circa tertiā cōcluſionē.Et quia adulteratio monetæ,& latrociniū ſunt peccata in rēpublicā,propterea licet conuictos interrogare de ſocijs,& de fautorib. & receptorib.&c.At vero,latrociniū nō deſignat quodcunq; furtū priuatū : nā latrones ſoli dicunt,qui obſident vias , & qui ex animo cōſpirauerūt deprędari quoſcunq; poſſent & iō quicunq; capiat,iure interrogat de ſocijs,ad obuiandū malo publico:atq; adeo, hi ſoli ſunt,qui no gaudent priuilegio eccleſiarū,vt habet De immu.eccl. ca. Inter alia.Immo q̃uis nō interrogaret,admonendus eſſet a cōfeſſore,vt proderet ſocios: & ille tenet prodere , faltē dum malū adhuc pēdet in futurum:ſecus,ſi iam ſocij eſſent prorſus emēdati: nam nullus tenetur criminoſos emendatos ſua ſponte prodere , niſi iuridice compulſus. Immo vero , quamuis periculū non immineat reipublicæ,ſed priuatæ perſonæ,poſſet conuictus interrogari de ſocijs:vt ſi multi cōſpirauerūt occidere Petrum,& vnus capitur, iure interrogatur an ſint alij animati ad tale homicidiū: nam quod non liceat occultos peccatores inquirere abſque infamia, ſemper intelligi
tur

tur de crimine iam pterito, q inquirit punitionis gratia: ſecus ſi inquirat ad euitandũ futurũ damnũ. Citra hos caſus nõ licet a conuicto inquirere ſocios, niſi ſint indicia, aut infamia illorũ. Et ita intelligenda eſt d.l. prius ff. ad Senatuſ. Sylla. vbi habetur, q poſtq̃ inuentus eſt occiſor, inquirat quo mãdante homicidiũ fecerit: videlicet ſi fuerint ĩdicia aliũ id mãdaſſe, vt dicit glo.

Ad primum argumentum principale reſpondetur, vt ſupra diximus, quod Deo sũt manifeſta occultiſſima peccata, ſicut homini illa quæ ſunt notoria: ob idque, ſicut poteſt illa ſtatim punire, potuit, p rationabili cauſa, diſpenſare in lege: vt videlicet, occulta peccata abſq; infamia præcedente inquirerentur: quia hæc lex non eſt omnino indiſpenſabilis, vt ſupra diximus. Et ita diſpenſauit, vt ſortibus diſquireretur Achan anathema, qui occulte peccauerat: primo, quia populus ille duræ ceruicis terrorib. arcẽdus erat a flagitijs, atq; adeo expediebat, vt ſaltem in re grauiſſima, qualis erat illa diuina prohibitio, ne de execratis ſpolijs gentium quidquam caperẽt, etiam occulta crimina reuelarentur, quãdo Deus ipſe in genere inſinuaſſet crimen, ſicut legitur illic: Surge, cur iaces? Peccauit Iſrael, & præuaricatus eſt pactum meum.

Pari

Pari ratione reſpondetur ad legem de adultera, Nu. 5. Deus.n.tũ ad cohibendã libidinẽ mulierũ, tũ ẽt ad vitanda homicidia quæ ꝑꝑ zelotypiã poſſent multa accidere, indulſit maritis ſacrificiũ illud zelotypiæ ad diſquirendũ adulterã. Et forte (quantũ conijcio) non licebat facere illã diſquiſitionẽ, niſi eſſet infamia adulterij, aut indicia manifeſta. At verò iam modo non eſt licitum per hmõi ſortes veritatem inquirere; ſed ſolũ per teſtes humana fide: quia ſortes illæ erant iudicialia, & ideo iam ceſſarunt. Vnde Stephanus 5. c. Conſuluiſti. 2. q. 4. prohibet vulgares illas, quas vocant probationes: Nam ferri, inquit, candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri a quolibet, ſacri non cẽſent canones. In veteri enim lege ſortibus illis & ſacrificijs (quia a Deo inſtituta erant) diuinum expectabãt iudicium: ſed iam modo indicijs ſuperſtitioſis non expectaretur niſi iudicium dęmonis, & eſſet tẽtare Deum, vt docet San. Tho. 2. 2. q. 95. art. 8.

Secũdum argumẽtum principale, quod factum eſt ex ca. Quidam maligni. certe eſt difficile, & multos male torquet in hac materia: nam Gregorius illic videtur excommunicare occultum peccatorem, niſi ſe ꝓdiderit, qui tamẽ nulla laborabat infamia.

Quod

Quod videt repugnare doctrinę huius quę ſtionis,& illi auctoritati Chryſoſtomi ſup epiſtolam ad Hebræos,quæ citatur c.Quis aliquando de pęnit. diſt. 1. vbi ait occulto peccatori:Nõ tibi dico vt te prodas, ſed re uela ante Deũ viam tuam.Immo profecto illud videtur pugnare cum iure naturali.

Gloſſa illius capituli multis modis reſpõ det:primo , quod forſan pręceſſerat admo nitio ſecreta ante illam excommunicatio nem:ſed hoc nõ ſatisfacit.Nam illa admo nitio nõ potuit eſſe niſi in generali, cũ pec cator eſſet omnino occultus:& ideo ille ad monitus,cum nulla eſſet infamia nec indi cia,non tenebatur ſe prodere.Secũdo,Pau lo inferius reſpondet gloſſator, quod cum crimen eſſet publicũ,licet perſona eſſet oc culta,potuit propter atrocitatem criminis excommunicari ille,niſi ſe proderet.Et hęc ſoluto rationabilior eſt , ſed non eſt ſuffi ciens.Primo,quia non erat tanta atrocitas criminis diffamare priuatum hominem,vt ꝓpter illud eſſet inquirendus occultus pec cator,ſicut in crimine lęſæ maieſtatis.Et ſe cundo,quamquã liceret inquirere alia via: tamen ſtatim excõmunicare occultũ pec catorem niſi ſe proderet,erat nimis rigidũ.

Dominus Caietanus 2.2.q.*69*. art. 2. re ſpõdens ad illud capitulum,dicit tria, licet

alio ordine. Primum, quod ſicut pōt ferri excōicatio pro crimine antequam fiat, vt pro percuſſione clericorū, &c. ita poſt factum pōt excōicari quicunq; fecerit. Secūdo dicit, quod Papa potuit abſolute, & ſine aliqua conditione excōicare illum peccatorem occultum pp præteritum crimē: ſed nihilominus ex ſua benignitate appoſuit conditionē: niſi ſe reuelaret. Itaq; excōmunicatio (inquit Caietanus) non fert illic ſuper illā conditionalem, niſi ſe reuelauerit: ita vt excōicetur propter inobedientiā futuram, ſi non ſe reuelauerit: ſed excōicatur propter peccatum præteritum; quia infamauit proximum. Tertio addit, quod Papa non potuit præcipere abſolute vt ſe reuelaret, nec ille tenebatur obedire: quia hoc, inquit, excedit formam humani iudicij. Et addit, quod doctores oppoſitū ſentientes, ſunt nimis timidi. Nihilominus (bona venia dixerim Doctoris grauiſſimi) aliter, ni fallor, cenſendum eſt de illo c. Primum enim fundamentum Caietani eſt falſum: videlicet, quod ſicut poteſt ferri excommunicatio pro crimine futuro, ita poteſt ferri pro crimine præterito. Nam, vt receptiſſimum eſt apud omnes, nullus poteſt excommunicari, niſi propter inobedientiaā, iuxta illud Matth. 18. Si eccleſiam non au-

audierit, ſit tibi ſicut ethnicus. Vnde colligit probatiſſimus canon, vt nullus excõicetur abſq; præuia monitione, vt hr̃ c. Sacro. & ca. Per tuas. extra de ſnĩa excõicationis. Quando vero ius prohibet peccatum futurũ, prohibitio ipſa valet pro admonitione, & iõ iure tunc apponĩt excõicatio: ſed pp crimeñ præteritum, quia nulla præceſſit admonitio, non põt quis excommunicari, cum nulla illic fuerit inobedientia. Quare Gregorius non excõicauit illum occultũ diffamatorem propter crimen præteritũ, nec potuit: ſed excõicare eum potuit, niſi ſe proderet. Et argumenta in contrarium facile ſoluuntur ex his quæ diximus in deciſione quæſtionis. Diximus enim, quod peccatum, cuius non prçceſſit infamia, vel indicia, non poteſt inquiri, ſi omnino ſit præteritum, punitionis gratia. Quando tamen adhuc pendet in futurum, certe põt inquiri, vt euitetur peccatum & damnum. Et quia ille qui occulte poſuerat libellum diffamatorium, tenebatur reſtituere famã diffamato: & id facere non poterat, niſi aut probaret quod dixerat, aut in publico ſe retractaret, iuſte Papa præcipere potuit vt exiret in publicum ſub pœna excommunicationis: quod nimirum ipſe iniuſſus tenebatur facere. Et confirmatur ſolutio ex

capi-

capitulo. Si ſacerdos.de off. ord. vbi hr̃, qđ ſi qui damnum dedit ſit occultus : & qui damnum accepit petat iuſtitiã, debet delinquens excõicari in genere, ſed non noĩatim. Sed eſt notandum, qđ quamquam potuit Gregorius præcipere illi occulto peccatori vt in publicũ exiret ſub pena excõicationis, mitius tamen egit cum illo. Non enim præcepit vt exiret: ſed, niſi exiret in publicũ, abſtineret a ſacramento Euchariſtiæ: quod profecto ipſe tenebat̃ facere: nã erat in peccato, poſtquã tenebat̃ reſtituere famã: atq; adeo tenebatur abſtinere ab Euchariſtia. Itaque excõicatio in hoc fert̃ illic: ſi receperit Euchariſtiam, antequã reſtituat famã. Quare, ille textus nullatenus militat aduerſus noſtram primam concluſionem. Ex quo ſequitur, quod ſi ille occultus peccator, qui libellum infamatoriũ in publico poſuerat, potuiſſet reſtituere famã nõ ſe manifeſtando, aut per tertiam perſonam: ſecreto potuiſſet aliter ſatisfacere diffamato, non tenebat̃ exire in publicũ, nec abſtinere a ſacramento Euchariſtiæ : quia præceptum eo tendebat, vt ille reſtitueret. Iuxta formam horum capitulorũ, ſcilicet, Quidam maligni. 5. q. 1. &, Si ſacerdos.de off. ord. ſolent officiales excommunicare in genere eos qui occulte iniuriam irrogarunt,

garunt,aut dederunt dãnum puta: eos qui occulte furtũ fecerunt,aut fuſte,aut gladio percuſſerũt.Et neſcio profectò,an plus nimio extendant iam mõ hanc ptãtem. Nã, quãuis id iure liceat, deberet tñ fieri in primis qñ damna, aut iniurię grauiſſimę ſunt, vt puta,pro bonis eccleſiæ.Et deinde deberet admoneri in literis excõicatorijs,quod excõicatio ſolum ferẽ vt reſtõ fiat damni & iniuriæ:aliàs multi decipiunẽ, putantes qđ tenentur manifeſtare huiuſmodi malefactores,vt puniantur:cum tamen ſolum teneantur malefactores reſtituere ; & ſcientes,admonere illos,vt reſtituant. Quod ſi noluerint, tunc debent manifeſtare illis, qui poſſint prodeſſe , & non obeſſe,vt habetur in c.Hoc videtur,22.q.5.nam inquirere punitionis gratia non poſſunt, niſi illos,qui laborant infamia,aut indicijs.

Ad tertium principale,reſponſum eſt in concluſione ſecunda:videlicet,excommunicationem generalẽ fieri poſſe abſque aliqua infamia præcedente.Et tandem ad poſtremã confirmationem reſpondetur , qđ quãuis prælati debent vigilare,nec ſub diſſimulatione præterire errata ſubditorum: tñ vias habent iure pſcriptas cognoſcendi crimina,quas nefas eſt tranſilire.Quare,licet peccata cognouerint,ſi non ſint aduer

ſus

ſus bonum publicũ,nec ſit accuſator, nec infamia,nec indicia,eatenus ius habent,vt ſolum fraternaliter corripiant.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Vtrum quicunque iure interrogatur de ſecreto, iure teneatur veritatem fateri.

SVMMÆ.

1 *Quicunq; legitime,& ſecundum iura interrogatur,tenetur quam ſcit veritatem palam cõfiteri,ſiue teſtis is fuerit,ſiue reus.*

2 *Tam negare, quàm celare veritatem in iudicio,ex genere ſuo eſt peccatum mortale, licèt fiat ſine iuramento.*

3 *Si confeſſor nouerit,eum a quo iuſte, & legitime petitur teſtimonium, nolle confiteri veritatem,non poteſt eum abſoluere antequam dicat teſtimonium,etiam ſi teſtimonium ſit contra proprium caput.*

4 *Nihil obſtat fides,quam quis ſecreti promiſit,et ſi iureiurando ſe aſtrinxerit, quo minus teneatur ſecretum detegere: ſi id modo in iudicio via,& ratione fiat.*

SEptimo quæritur, Vtrum quicunq; iure interrogatur de ſecreto,iure teneaẽ veritatẽ fateri. Ad partem negatiuam arguitur primo. Seruare ſecretum,vt ſupra diximus

mus,eſt offm̄ fidei:& reuelare eſt vitiū infidelitatis,ſecundum prouerbiū aſſumptū: Qui ambulat fraudulenter,reuelat arcana; qui aūt fidelis eſt,celat amici commiſſum: Sed virtus,nulli repugnat virtuti.Ergo virtus obedientiæ nulla rōne cōpellit ſecreta reuelare.Et cōfirmat.Virtus religionis (cuius actus eſt iurm̄ ſeruare)maior eſt, quàm virtus obedientiæ; Sed ſæpe vſu venit, vt quis ſub iurō promittat fidē ſecreti. Ergo tunc ſaltē,nullō mō licebit illud reuelare. Scdō arguit.Iugū Dñi ſūaue eſt,& p̄cepta eius leuia,vt Redemptor ipſe noſter teſtat̄, Mat.11. Sed ſunt caſus plurimi, in quibus grauiſſimū eſſet hoīem obligare ad reuelādum ſecretū, vt ſi ab aliquo exigeret̄ teſtimoniū de crimine capitali aduerſus patrē ſuū,aut aduerſus filiū,aut vxorem,& maxime ſi reus ipſe interrogat̄ aduerſus propriū caput.Ergo tunc apparet neminē iure conſtringi ſecretū propalare. Vnde Chriſoſt. ſuper epiſt.ad Hebræos(quæ gloſſa citatur de pęni.diſt.1.c.Quis aliquando.)Nō tibi, inquit,dico, vt te prodas; ſed reuela ante Deū viā tuā; ubi innuit neminē teneri reuelare crimē ſuū,niſi in ſacramento cōfeſſionis.Et confirmat.Nemini licet ſeſe occidere;& per conſequens, nec tenetur quis actiue cōcurrere ad ſui homicidium; Sed

qui confitetur iudici crimen ſuum, ſine cuius confeſſione iure reus occidi nequit, vñ agere aduerſus ſe ipſum. Ergo in tali caſu nemo tenetur veritatem confiteri.

Tertio arguit. Si non reuelare crimẽ occultum eſſet peccatũ, qñ quis iure interrogat, eo eſſet, quòd omne mendacium eſt peccatum: Sed pôt quis citra mendacium veritatẽ celare: quia, vt exponit Auguſt. in quæſt. ſuper Gen. Abraam dicẽs de vxore: Soror mea eſt, voluit veritatem celari, nõ mendacium dici. Ergo nõ reuelare crimẽ, fieri pôt abſq; peccato. Et confirmatur. Si celare ſecretum in iudicio eſſet peccatum, ſequeret id ſemper eſſe mortale, quia verſat in re graui: ſed conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Probat minor. Quia ſæpe mendaciũ illud in iudicio nõ eſt pernicioſum, nec ꝯ charitatem: ſed ſolum officioſum: vt quoties quis negat crimen, vt ſeruet ſe, aut amicum a periculo mortis. Et præterea, ſecundũ iura, licet reo in cã ſanguinis corrũpere accuſatorẽ, aut colludere cum illo, vt. ſ. tergiuerſetur, aut abſcondat veritatem. Ergo, a fortiori, ſi quis neget crimen propriũ, non peccabit mortaliter.

Sed in contrariũ eſt: quia confeſſio criminis in iudicio ſæpiſſime eſt neceſſaria ad bonum publicum. Ergo. i. in præcepto.

Quod præſertim cõfirmat ex illo Ioſ.7.ubi Ioſue inquirẽs cõfeſſionem Achã,ait: Fili mi,da gloriã dño Deo Iſrael, & confitere, atq; indica mihi qd feceris,ne abſcondas.

IN hac poſtrema qõne huius ſecundi mẽbri,operæpretiũ eſt in ſumma colligere caſus vniuerſos,in quib.quiſq;, aut tenetur,aut ius habet ſecreta reuelare. Hoc.n. põt contingere,aut in iudicio,aut extra iudicium.Extra iudicium, vt diximus mẽbro primo,quæſt.3. primo tenetur quis de iuſtitia proprium crimen reuelare, quando per iniuriã abſtulit famam alterius: vt ſi qs falſum dixit teſtimonium aduerſus proximũ,tenetur ſe retractare.Item ex charitate tenetur quis crimen alienum reuelare, qñ eſt in præiudicium proximi, vt ſi non poſſum auertere a perpetrando homicidio illum,qui aĩatus eſt occidere: aut non poſſum latroni perſuadere vt reſtituat magnũ furtum,teneor ex charitate, ſi poſſum ſine detrimento meo, reuelare illi, qui iniuriã patitur,aut illi,qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe:& a fortiori, ſi peccatum vergit in malum publicum.Et præterea,ius,& arbitrium habet quicunque reuelandi propriũ ſecretum amico, ad capiendum conſiliũ, vel ſolatium. Et propter amicitiam, vt diximus, ſi amicus falſo diffamaretur de

cri-

crimine, quod ego cõmiſi, liceret mihi forte me prodere: vt amicum purgarem infamia: atque adeo alijs forte modis id licet, vt ſupra inſinuauimus.

Sed in iudicio quatuor ſunt perſonæ, q̃ tenentur crimina occulta quãdoque reuelare: ſcilicet, actor, iudex, teſtis, & reus. Et de actore ſatis dictum eſt, quemadmodum quis teneatur, aut ordine correctionis fraternæ, aut p viã accuſationis, aut iudicialis, aut canonicæ denunciationis, crimina denunciare. Iudici vero, & prælato abſque accuſatore, aut infamia, aut indicijs, nullatenus licet crimina manifeſtare, vt ſupra determinauimus, ex ca. Si tantum epiſcopus. 6.q.2.& c. Si ſacerdos. de off. ord. & ex alijs ſimilibus Poſtq̃ vero iudex legitime cognouerit crimen, dẽt reum in publico condẽnare, niſi forſan denunciatus fuerit via correctionis fraternę: & ſit emendari paratus.

Supereſt ergo, vt dicamus de teſte, & reo de quibus reſpõdetur ad quæſtionem quatuor concluſionibus. Prima eſt generalis. Quicunque legitime, & ſecundũ iura interrogatur, tenetur quam ſcit veritatem palã confiteri: ſiue teſtis is fuerit, ſiue reus. Concluſio eſt S. Th. 2.2. quãtum ad reum. q. 69. ar. 1. & quantum ad teſtem. q. 76. ar. 1. & facile probatur. Nam inter partes iuſtitiæ po- *Prima concluſio.*

tiſſima eſt obediẽtia: quippe quæ pertinet ad iuſtitiã legalẽ: obedientia vero eſt, parere maiorib. quoties quid iuſte p̄cipiunt. Ergo eodẽ iure quo p̄latus interrogat veritatẽ, ſubditus aſtringit̃ illã confiteri. Et confirmat̃. Bellũ pōt eſſe iuſtũ ex vtraq; parte: ità vt & quis iuſte alterũ petat, & ſe iuſtè alter defendat: niſi forſan ex ignorantia, aut alter falſo putaret ius hr̃e petendi, aut alter ſe defendendi, ubi ius non habent. Ergo ſi ſubdito conſtat iudicem via, & lege interrogare, reſpondere tenetur veritatẽ. Et ſecundò principaliter id probatur ex fine. Bonum publicũ pacificè conſeruari non poſſet, niſi crimina punirent̃: id tñ fieri nequiret, niſi iudex, & teſtiũ teſtimonio, & cõfeſſione rei cauſſam cognoſceret. Ergo tã teſtis, q̃ reus tenet̃, ſi mō legitime interrogat̃ veritatem confiteri. Et poſtremo id maxime confirmatur de reo, ubi maior apparet difficultas. Lex eſt ſanctiſſima, vt nemo criminali ſententia antequã ſit confeſſus, cõdemnetur, niſi aut notorietate facti, aut teſtimonijs luce clarioribus poſſit cõuinci: quod ſi per legitima teſtimonia nō confeſſus cõdemnetur: tamen non eſt ei denegãda appellatio, nec infligenda pęna, quoadúſque crimen confiteatur, vt cauetur. l. Obſeruare. C. quorum appel. non recip. Sed il-

la

la lex pernicioſa eſſet, nec poſſet ſeruari, ſi reus legitime interrogatus, eadem lege nō conſtringeretur veritatem confiteri. Ergo quicunque legitime interrogatur, iure tenetur veritatem reſpondere.

Secunda concluſio.

Secunda cōcluſio. Tā negare q̃ celare veritatē in iudicio ex genere ſuo eſt peccatū mortale, licet fiat ſine iuro. Probat: quia, vt dicit S. Th. 2.2.q.69.ar.1. in ſolutione ad tertiū, illud peccatū eſt ꝯ iuſtitiā, & in re magni momenti, & per cōſequens eſt ꝯ charitatē: quia negans veritatem in iudicio, ſiue reus ſit, ſiue teſtis, ſępe iniuriā facit actori (vt puta, qn̄ procedit per viā accuſationis) qui, cum iuſte petat vindictam, iniuſte diffamatur de calumnia per negationem accuſati: & ſemper facit iniuriā bono cōmuni, atq; adeo iudici, qui ius habet inquirendi veritatem: immo iniuriam facit Deo, cuius eſt iudicium: nam omnis poteſtas a domino Deo eſt: & qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit, Rom. 12. Et ſecundo probatur concluſio. Negantes veritatem in iudicio, quandoque tormentis auſteriſſimis iuſte petuntur: quod nunquam liceret, niſi mortale eſſet, & graue veritatē celare. Grauius tamē eſt negare, quam celare: quia celare nō dicit mendacium, ſed ſolam omiſſionem reſpondendi quod quis tenetur. Et

multo grauius eſſet, ſi negatio veritatis fieret cum iuro: accumulatur.n. tunc circunſtantia peccati contra virtutem religionis.

At vero, quia dictũ eſt mendaciũ in iudicio eſſe mortale ex genere, dubium eſt, An ratione leuitatis materiæ poſſit eſſe in indiuiduo veniale.

Dubium.

Dominus Caieta. 2. 2. q. 69. arti. 1. dicit, quod omne mẽdacium, quamquam ſit in materia leuiſſima, nempe quod extra iudicium eſſet veniale, in iudicio tamen eſt mortale: ſiue ſit in foro ſacramentalis cõfeſſionis, ſiue in foro exteriori. Verbi gratia, Si quis in ſecreto cõfeſſionis interrogatus, an dixerit verbũ ocioſum, falſo id neget, peccat mortaliter: & idẽ cẽſet ſi iudex in iudicio exteriori interroget de quocunque leui. Ratio Caiet. eſt: quia tanta eſt obligatio dicendę veritatis in iudicio, vt quamuis materia ſit de ſe leuiſſima: tamen in iudicio efficiatur grauis. Itaq; cõcludit Caietanus, quod quemadmodũ periuriũ nõ ſolũ ex genere, ſed in quacunq; materia, quãtũcun q; leuiſſima, eſt ſemper mortale: ita mendacium in iudicio, licet ſit ſine iuro.

Sed re vera (vt bona venia dixerim) & ratio Caietani leuiſſima eſt, & opinio eius nullam habet ꝓbabilitatem: immo credo quod mendacium in iudicio poteſt eſſe ve-

niale

niale propter leuitatem materię, ſi fiat ſine iuramento. Et primo Caietanus eſt contra sãctum Thomam: qui quamuis in illa ſolutione ad tertium, abſolute dicat, quod mẽdacium in iudicio eſt peccatum cõtra charitatem: tamen inferius. q. 70 art. 4. exponit ſe, dicens quod eſt mortale ex genere, vbi ſubinde inſinuat, quod in indiuiduo poteſt eſſe veniale. Et arguitur ratione contra Caietanum. In materia fidei, & charitatis, & religionis poteſt contingere veniale peccatũ ex leuitate materiæ. Ergo pari ratione iniuria in iudicia, & in ſacramento poteſt eſſe venialis. Probatur antecedens. Nã furari obolum in eccleſia eſt ſolum peccatũ veniale, & leuiſſime percutere clericũ: immo, in materia fidei poſſet eſſe tam leuiſſimum verbum, vt eſſet venialis Hęreſis. Ergo contaminatio iudicij, & ſacramẽti per mẽdaciũ, ſi leuiſſimũ ſit, eſſet venialis. Et ſecũdo arguitur. Peccatum ex genere mortale dupliciter fit veniale, aut ex defectu plenæ deliberationis, aut ex leuitate materiæ. Sed poteſt eſſe peccatum veniale ĩ iudicio ex defectu plenę deliberationis, vt ſi ſubito & abſque conſenſu cogitet quis mẽtiri in iudicio, & in confeſſione. Ergo eadẽ rõne poteſt eſſe veniale ex leuitate materiæ. Et tertio arguitur. Quia, ſi quodcunque mendacium

dacium

dacium in iudicio eſt mortale; tunc etiam tacere rem leuiſſimam, quam quis tenetur fateri, eſſet mortale: nam perinde eſt tacere, & negare quod quis tenetur cõfiteri. Et quarto arguitur. Si quodcunq; mendaciũ ſubditi in iudicio, & in cõfeſſione eſt mortale, eadem ratione, quicunq; defectus iudicis, & cõfeſſoris eſſe mortalis: quia pari ratione tenent iudices fideliter tractare iudicia, qua ſubditi: conſequens tamẽ nullus cõcederet. Et poſtremo peculiariter arguitur, ꝙ negare peccata venialia in ſacro nõ ſit peccatum mortale: quia illa nõ ſunt de neceſſitate cõfeſſionis. & ideo ſi ſacerdos interroget illa, pęnitens non tenetur reſpõdere: atq; adeo ſi reſpõdens mentiat̃, non peccat mortaliter magis, q̃ extra ſacramentum. Nec facit reſpõſio Caietani: videlicet ꝙ quamq̃ pęnitens non teneat̃ reſpondere:, tenetur tamen, ſi reſpondet, dicere veritatem ſub peccato mortali. Fundatur. n. Caietanus in hoc, ꝙ fit iniuria grauis ſacramento: & tamen argumentum probat, quod poſtquam pœnitens non neceſſario ſubditur confeſſori in materia venialium, non eſt mortalis iniuria mentiri in illa materia.

Vnde ad argumentum Caietani cõceditur, quod grauius eſt mentiri, etiã citra periurium, in iudicio, quã extra: & grauius in ſacra-

ſacro,q̃ in iudicio exteriori, reſpectiue: ſi
ꝙ veniale eſt grauius, & mortale grauius:
non tñ ita vt in vniuerſum mendaciũ ꝙ eſt
veniale extra iudiciũ,fiat mortale in iudi-
cio:niſi ſit in materia principali, aut in his
q̃ poſſunt facere indicia,aut coniecturas ꝑ
tinentes ad rem:vt ſi homicida legitime in-
terogatur vbi erat tali hora,an talis gladius
ſit ſuus, tenetur ſub mortali dicere verita-
tẽ:queãdmodũ ſi interrogaretur de homi-
cidio ipſo,de quo eſt diffamatus: quia illæ
ſunt coniecturę homicidij. Ad aliud de per
iuria,concedimus oẽ periuriũ eſſe morta-
taie,in re quantuncunq; leuiſſima; quod
proprie cõuenit huic vitio, eo ꝙ impietas
periurij ſtat in hoc,ꝙ Deus adducit in te-
ſtẽ falſi, & eſt falſitas in re leuiſſima ſicut
in re graui,& iõ tã iuro falsũ iurans me nõ
leuaſſe feſtucam,ſi leuaui:q̃ iurans,me non
occidiſſe hominem, quem tamen occidi.

Ex his ſequitur tertiã cõcluſio. Si cõfeſ-
ſor nouerit,eum a quo iuſte,& legitime pe
titur teſtimoniũ, nolle confiteri veritatẽ,
non poteſt eũ abſoluere antequã dicat te-
ſtimonium,etiam ſi teſtimonium ſit aduer
ſus proprium caput:vt ſi homicida, aut la-
tro eſt in vinculis,& flagrat infamia,aut sũt
indicia manifeſta,aut ſemiprobatio(ſi pro
cedit via accuſationis)ideſt,vnus teſtis om

Tertia concluſio.

ni acceptione maior:& petitur ab illo confeſſio, non poteſt abſolui antequam veritatem palam confiteatur. Et a fortiori, ſi ſit teſtis, cuius teſtimoniũ requiritur aduerſus alium. Probatur: quia perſeuerans in peccato nullatenus abſoluendus eſt: ſed legitime interrogatus, non reſpondens ſecundũ formã interrogationis eſt in peccato: quia implicat contradictionem, quod quis ſciat ſe iuridice interrogari, & tamen quod nõ teneatur reſpondere. Ergo hmõi homo nõ eſt abſoluendus. At vero cauendũ eſt illis, ne imprudenter reuelent crimina: ſed ſi reus noluerit parere iudici, nõ abſoluãt, & taceant: eo vel maxime, ꝙ iudices vtunť illa cautela, vt fingant ſe velle occidere inconfeſſos, ea ratione, vt patefaciãt delicta.

At vero, quia res eſt pręcipui momenti, cauendum eſt confeſſoribus, ne ſint praecipites, & praeſertim in cauſa mortis: aut vbi agitur de honore, & fama. Primo, vt interogatus teneatur reſpondere, requiritur q̃d interrogans ſit verus, & legitimus eius iudex. Vnde q aliquo priuilegio exẽpti ſunt: vt puta, ſi clericus interrogeť de crimine a iudice ſeculari: aut ſi reus per iniuriam extractus ſit ab eccleſia, quãuis eſſet infamia, adeſſentque alia iura interrogandi, iuſte poteſt veritatem, citra mendacium celare: & quam-

quãuis neget, mendacium non eſt niſi officioſum & veniale, niſi interſit iurm. Et præterea, eſto interrogetur a vero iudice, requiritur vt circunſtẽt merita, quæ ſupra ſtatuta ſunt: nempe, ſi ꝓceſſus fiat ꝑ correctionẽ fraternam, requiritur qđ reus prius admonitus a p̃laro ſit rebellis, & ſit alius teſtis ſaltẽ præter denunciantẽ: aliàs p̃latus non põt tanq̃ iudex eũ interrogare Si vero procedatur via accuſationis, requiritur ſemiprobati o, aut manifeſta indicia. Quòd ſi procedatur via denũciationis canonicæ, & inquiſitionis, requiritur qđ p̃ceſſerit infamia, q̃ nõ a diſcolis, ſed a fide dignis emanauerit: & p̃terea, qđ infamia ſit iuridice ꝓbata, ſaltẽ ꝑ duos teſtes iurantes ſe audiuiſſe a pluribus perſonis fide dignis: vt Doctores adnotãt Decretorũ. c. Inquiſitionis. & c. Qualiter & qñ. de accuſ. atq, adeo, vt probe notauit do. Caie. 2.2.q.69.ar. 2. antequã reus teneatur reſpondere, requiritur vt ei cõſtet iudicẽ iuſte, & legitime interogare. Cuius rõ præſto eſt; nam quemadmodum nemo tenetur legi, ante eius promulgationem; ita nullus tenetur parere, niſi cõſtet eũ qui iubet, eſſe prælatũ, & iuſte præcipere. Et quãquã vbi nullum eſt periculum in præſtanda obedientia, non exigendũ eſt a prælato, vt oſtendat ſe iuſte præcipere; tamen

men vbi agit de periculo ſubditi,non tene-
tur aduerſus ſe reſpondere: imò nec teſtis
aduerſus aliũ in re graui,antequã illi iuridi-
ce conſtiterit iudicem iure præcipere. In
quo vtinã non ſit abuſus iudicum, qui mi-
ſeros hoĩes cõpellunt crimina confiteri,an-
tequam eis notum faciant ius qđ habẽt in-
terrogandi.Et addiderim ego, qđ in re du-
bia, an videlicet iudex iuſte inquirat nec
ne,declinandũ eſt in fauorẽ rei, maxime in
cã mortis: quia peius eſſet in tali caſu occi-
dere hoĩem,quàm nõ parere iudici:& iura,
potiſſimum in cã capitis, permultũ fauent
reis: de quo amplius in membro tertio.q.2.

Hæc aũt dicta ſint,qñ crimen nõ eſt eo-
rum,quæ vergunt in perniciem publicam:
in quibus,vt ſupradictum eſt, non requirit
tanta ſolemnitas iuris ad interrogandũ aut
reum,aut teſtes,quanta in criminib. priua-
tis: vt legibus optime ſancitum eſt,nempe,
de crimine læſæ maieſtatis in extrauagã.ad
reprim.& de hæreſi.c.fi.de hær.li.6. vbi hr̃,
quod inquiſitione horum criminum pro-
cedi poſſit ſimpliciter, & de plano, & ab-
ſque aduocatorum,& iudiciorum ſtrepitu,
& figura. Et ſubiungitur illic, quod noĩa
teſtium, & accuſatoris non teneantur in-
quiſitores manifeſtare hæreticis, quando
teſtib. imminet periculum ab hæreticis: vt
po-

pote, ſi eſſent perſonæ potentes. Vnde, a ɔ̃rio ſenſu colligitur, quod quando nõ imminet periculum, aut adeſt alia iuſta cã, debent manifeſtari nõia teſtium accuſatis, antequam interrogentur de depoſitionibus.

Ex his colligat̃ hoc commendandũ corollarium, qđ quãuis in principio litis, & a reo, & ab actore exigitur iur̃m calũniæ, vt hr̃ in Auth. Vt litigantes iurent. & C. de iu reiu. pp calum. l. cum & iudicis. & extra de iur. calum. c. 1. & vna pars iurĩ ſit, quod interrogatus non negauit, qđ verum eſſe credit; tamen ſi poſtea accuſatus interrogetur de aliquo p̃ter ius, nõ tenet̃ reſpõdere, nec quamquã neget, eſt periutus. Verbi gratia. Iur̃m calumniæ exigitur ſub clauſulis generalibus; puta, quod iurans credit ſe hr̃e bonam cãm, quod interrogatus non negabit, quod verum eſſe credit &c. Et iõ nihil periculi eſt, ſi exigatur ſtatim in principio, ante publicationem teſtium: Sed ſi poſtea vigore illius iuramenti interroget̃ reus in particulari de aliquo occulto crimine, de quo non eſt infamia nec indicia, quamquã celet, non peccat; nec quãuis falſo neget, facit contra iur̃m, ſed eſt ſimplex mendaciũ officioſum, & veniale. Probatur; quia iurãs ſe non negaturum veritatem; intelligebat de veritate, quæ interrogaretur legiti-

me

me & iuridice:& quãuis ipſe non intelligeret, tñ iura id interpretant̃. Aliud eſſet, ſi iur̃m exigeret in particulari: puta, an occidiſti Petrum: nã tunc, quãquã exigeretur ꝯ ius, peccaret mortaliter qui iuraſſet tũc falſo: quia nulla tũc pōt fingi interpretatio, q̃ excuſaſſet a periurio. Vnde rurſus ſubſequitur, qđ quãuis in principio poſſet exigi ab accuſato iur̃m calũniæ ante publicationẽ teſtiũ, & meritorum cãæ: tamen de depoſitionib. in particulari, non pōt interrogari, antequam illi conſtet quo iure interrogat̃.
Dubiũ. 1. Sed oriuntur hic egregia dubia, tam circa reum, quàm teſtes. Primum dubium eſt non diſſimulandũ, Vtrum quando fit inquiſitio de crimine læſæ maieſtatis, aut hæreſis, ubi non requirit̃ tanta ſolemnitas ad inquirendum, teneat̃ reus occultus, qui nõ laborat infamia, nec indicijs, ſi forte interrogat̃, confiteri proprium crimen. Exempli gratia. Eſt notorium crimen læſæ maieſtatis, aut hæreſis: vt puta, quia productæ ſunt in cõpitis ciuitatis concluſiones hæreticæ: ſed nullus eſt in tota vrbe, q infamia laboret de illo facinore, nihilominus fit inquiſitio ꝑ vrbẽ (quã diligentiſſime fieri cõ decet) interrogant̃ ciues, an ſciant quiſnã ſit in culpa: & forte inter alios interogatur ipſe patratos ſceleris, an teneatur cõfiteri
ſe

ſe feciſſe,cũ nulla laboret infamia. Aut forte edicto publico, & gñali iubet, vt quicunque ſciuerit aliqđ crimẽ,illud denũciet,an teneat reus denunciare ſe. Et ad partẽ affirmatiuam eſt argm̃:nam certiſſimum eſt,vt enunciauimus concluſione prima; quod in quocunque caſu iudex iuſte interrogat; ſubditus tenetur reſpondere:Sed in tali cã iudex pp euidentiam,& atrocitatem criminis,iuſte interrogat abſq; ſpeciali infamia. Ergo & reus conſtringitur reſpondere. Et confirmatur: quia teſtes tenentur reſpondere,imò iniuſſi tenentur denũciare. ergo reus pari rõne, ſaltẽ interrogatus,tenetur ſe prodere.Et confirmatur ſecundo: quia, vt diximus quæſtio. proxima, euidentia facti valet pro accuſatore: ſed ſi ille eſſet accuſatus,teneretur reſpondere. ergo.

In contrarium eſt, quia iugum Domini ſuaue eſt: res tamen eſſet grauiſſima obligare quempiam,vt abſque aliqua infamia, vel indicijs ſe prodat,imò hoc videtur cõtra ius naturæ:nam id perinde eſſet, atque obligare aliquem vt ſe occideret: quare S.Th.2.2.q 69.art.2. vniuerſaliter dicit,qđ reus non tenetur reſpondere ſine infamia, aut indicijs,aut ſemiprobatione.

Reſpondetur ergo,vt diximus qõne precedenti, quod quantumcunque ſint cri-

mina hmōi aduerſus rempublicam:nihilo minus nō pōt reus interrogari ſine aliquib. indicijs,aut infamia, aut coniecturis, quæ ipſum proprie inſinuet: licet forſan non re quirant tam manifeſta,q̃ in criminib.priua tis. Sed tamen poſſunt interrogari teſtes: imò edicto publico poſſet indici,vt quicūque ſcientes denuncient: nā ipſi iniuſſi id tenentur denunciare. Et ita intelligūtur iura citata, quæ dicunt,ſine ſtrepitu iudiciorum licere inquirere. Nec eſt par rō,de teſte,& de reo:nā teſtis ad obuiandum malo publico, de quo ſemper præſumitur periculū in futurū,tenet denūciare:ſed reus,qà pōt ceſſare a malo futuro, & ſcire nullū ex parte ſua ſupereſſe periculū, non tenet illa rōne ſe prodere. In quo caſu non abſurde pōt intelligi illud Chryſoſt. qđ citatū eſt in ſecundo argō.Non tibi dico,vt te in publicū prodas. Vnde ad formam argumenti reſpondetur,qđ iudex iuſte interrogat,tanquam teſtes:ſed non tanquā reos: & iō teſtes tenent denunciare alios, ſed reus non tenetur prodere ſe:imò iuſte pōt celare crimen,dicendo ſe neſcire quis fecit:quia neſcit vt dicat,vt infra dicemus: & ſi dicat ſine iuro,ſe non feciſſe, ſolum erit peccatū officioſum, & veniale. Et per hoc reſpondetur ad primam confirmationem : nam

ſecun-

ſecunda non eſt ad propoſitum: tunc .n euidentia non indiget accuſatore, quādo ſcelus eſt notorium, & patrator ſceleris.

Alterū dubiū eſt, ſi falſo procedat aduerſus innocentē, & interroget de aliquo qđ vere fecit: quod tñ eſſet ſufficiens indiciū vt conuinceretur de crimine qđ non fecit, vtrum teneatur fateri veritatem. v.g. Latrones occiderunt hominem in via, gladio forte innocentis hoīs, qui tunc illac tranſibat. Innocens ille accuſatur poſtea cum falſis teſtibus de homicidio, & interrogatur de illo: Vere negat. Sed rurſus interrogat an tali hora tranſiuit illac, & an gladius qui inuentus eſt in cadauere ſit ſuus, Vtrū teneatur cōfiteri. Videtur quod ſic. Nam iudex iuſte, & legitime interrogat, poſtquā procedit ſecundum allegata, & probata.

Reſpondetur, quod non tenetur confiteri, ſi periculum ſubiret, vt pp illam confeſſionem condemnaretur de homicidio: nā iudex non interrogat legitime, niſi quia ꝓcedit ex falſa præſumptione: & iō ſubditus nullam facit iniuriam celando: & ſi negaret ſine iuramento, ſolū eſſet mendacium officioſum, & veniale. Eodem mō ſi innocens falſo accuſatur de adulterio, & ad illū finem interrogetur, an intrauerit tali nocte, non tenetur reſpōdere: niſi forſan ma-

nifeſte ſe poſſet compurgare.

Sed de teſtibus eſt tertium dubiũ, Vtrũ teſtis aliquãdo antequã ſit vocatus, teneatur ſua ſponte offerre ſe ad dicendum teſtimonium, an non teneatur, quemadmodũ reus nunquã vltro tenetur ſe prodere.

Diuus Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. hac vtitũ diſtinctione. Aut teſtimoniũ requiritur, i. petitũ, & exigitũ auctoritate iudicis; & tunc nõ eſt dubiũ (quod in nr̃a prima concluſione aſſertum eſt) quin teneat teſtis ſemper dicere teſtimoniũ, ſi legitime interroget: puta, de his quorũ eſt infamia. Nã de occultiſſimis, inquit, nullus tenetur teſtimoniũ dicere. Si vero teſtis nõ petitur, nec vocatur a iudice habente auctoritatẽ; tunc aut teſtimoniũ eſt neceſſariũ ad liberandum innocentem ab iniuſta morte, infamia, aut alio dãno tpali, & tunc tenetur teſtis iniuſſus ſe offerre ad teſtimonium dicendũ, iuxta illud Pſal. 81. Eripite pauperẽ, & egenũ de manu peccatoris liberate. Et inſinuat peccatũ eſſe mortale, ſi quis in tali caſu nõ ſe offerret ad ſeruandũ innocentẽ; nã dicit in virtute id eſſe, conſentire in malum innocentis. Si vero teſtimonium ſit neceſſarium ſolũ ad puniendũ reum; tunc nullus tenetur ſe offerre in teſtem, niſi accerſitus a iudice; quã quam reus ſit legitime accuſatus. Et addit

S. Tho.

S.Tho. ꝙ teſtis nō tenet obuiare malo; ꝙ incurreret accuſant, ſi deficiat ī ꝓbatione.

Verumtamen, dubium eſt circa primū membrum, Vtrum ſi quis timeat ſe vocandum eſſe in teſtem aduerſus patrem, vel aduerſus amicum, poſſit ſe abſcondere. *Dubium.*

Reſpōdetur, quòd ſi teſtimonium illius non eſt ſimpliciter neceſſarium: quia poſſunt facile inueniri alij teſtes: tunc nō cenſetur grauis iniuria ſi ſe abſcondat. Si tamē eius teſtimonim ſit ſimpliciter neceſſariū, tunc licet non teneatur ſe offerre: tenet tamen non ſe abſcōdere per fraudem; maxime ſi teſtimonium eſt neceſſarium in fauorem tertiæ perſonæ, quæ læſa eſt. Quod vel inde conſtat: quia ſi quis haberet inſtrumētum, quo inſcripta eſt hęreditas, vel aliud quodcunq; ius tertiæ perſonæ, & per fraudē illud celaret, aut ſe abſconderet, ne cōpelleretur exhibere: profectò peccaret cōtra iuſtitiam, & teneretur ad reſtitutionē: ergo pari ratione peccaret, qui ſe abſcōderet ne diceret teſtimonium neceſſarium alteri. Si vero ſolum ageretur de pęna, aut punitione patris vel amici, nō video quod eſſet peccatum, ſaltem mortale, ſi ſe abſcōderet teſtis: dummodo damna reſtituerētur. Vocatus tamen ſemper tenetur cōparere. *Dubium.*

Sed maius dubium eſt circa ſecundum

membrum, vbi ait S. Tho. quod quicunq; tenetur, etiam nõ vocatus, ſe offerre ad dicendum teſtimonium, vt liberet proximũ ab iniuſto damno, ſub peccato mortali. Arguitur. n. 5. hoc primo. Nullus tenetur ſuccurrere proximo ſub peccato mortali, niſi in extrema, aut ſaltem graui neceſſitate.

Sit ergo caſus, quod innocens eſt in periculo, quo iniuſte mulctatur 30. aut 100. ducatis, vnde eum poſſum teſtimonio meo liberare. Ecce argumẽtum. Si ille eſſet pauper, qui aliàs indigeret illis 100. aureis: dummodo non eſſet grauiſſima neceſſitas, ego nõ tenerer illi dare, ſaltẽ ſub peccato mortali. Ergo nec teneor iniuſſus dicere teſtimoniũ, vt leuẽ illo damno. Et ſecundo arguitur. Si quicunq; teneretur ſe offerre ad dicendum teſtimonium in cauſa innocentis, ſequeretur, quod aſtringeretur ſubire quodcunque detrimentum, vt diceret tale teſtimonium: quia præcepta naturalia non ſunt prætermittẽda propter aliquod detrimentum: ſed cõſequens eſt falſum. ergo & antecedens. Probatur minor. Si ego non poſſem dicere teſtimonium ad liberãdum innocentem ſine periculo vitæ: quia videlicet, pars aduerſa me occideret, aut alia me afficeret iniuria, certe nõ teneor dicere teſtimonium: immo ſi nõ poſſem dicere tale

te

teſtimonium ſine periculo patris, aut amici, non videor mihi ad id obligari. Vt ſi pater, aut amicus meus occidit hominem coram me, & innocens accuſatur de illo homicidio, & ego non poſſum teſtificari illũ eſſe innocentẽ, quin patrẽ aut amicum conijciam in vehemẽtem ſuſpicionem homicidij, atque adeo in periculum capitis: certe nemo me cenſeret iniuſtũ, ſi non me offerrem ad proferendum tale teſtimonium.

Reſpondetur, Primum, aliter tenetur dicere teſtimoniũ teſtis requiſitus, & interrogatus a iudice: aliter is qui a iudice non accerſit. Nã primus tenẽt de iuſtitia: ſed tñ q non vocat a iudice, ſolũ tenẽt ſe offerre ad liberandũ innocẽtẽ ex charitate: ꝙ eſt maxime adnotandũ. Sicut tenẽt quicunque extinguere ignẽ ardentis domus vicini, & arcere latrones a domo proximi: quia vnicuiq; mandatũ eſt de proximo ſuo. Et ideo qui non accerſit vel petit a iudice, ſolũ tenẽt offerre ſe ſicut ad alia opera charitatis: vt puta, ſi id poſſet commode ſine notabili detrimento: & alias nõ tenẽt, niſi forſan crimẽ vergeret in graue damnum reipublicæ vt crimen hæreſis, aut læſæ maieſtatis, quibus malis ciues tenẽtur occurrere cum aliquo detrimento proprio. Sed tamen qui accerſitur a iudice, tenetur de iuſtitia compa

rere,& interrogatus dicere veritatē aduerſus fratrē,& patrē, & aduerſus propriū caput,ſi legitime interrogeť, vt ſ.dictum eſt.

Sed,nūquid teſtis interrogatus a iudice, obſtringitur dicere teſtimoniū cum periculo proprij capitis? Verbi gratia: Ego ſum teſtis homicidij ꝑpetrati a Petro,& neceſſarius:quia ſine me homicidiū probari nō poteſt:ſed ſi teſtimoniū dixero,certus ſum me necatum iri ab amicis Petri; vtrum teneor teſtimoniū dicere? A parte.n. affirmatiua eſt argm̄,quia legitime interrogor a iudice, atque adeo teneor de iuſtitia parere. Sed a parte negatiua eſt argm̄, ꝙ lex eſſet grauiſſima,quæ me in tali caſu obligaret ſubire mortem,cum eſſem innocens.

Reſpondetur,quod in tali caſu teſtis nō teneť dicere teſtimonium : quia iugū Domini ſuaue eſt:quod proinde non preſumitur nos obligare ſubire mortem in tali caſu.Quare eiuſmodi teſtis poſſet ſe abſcondere,& vocatus fugere,& interrogatus occultare veritatem:dummodo non mentiretur.Immo teſtis poſſet eodē mō excuſari a teſtimonio dicēdo,ſi timeret exceptionē a parte aduerſa,vñ graui infamia notaretur.

Ad primum ergo argumētū dubij principalis reſpondetur,ꝙ arctius teneť quis liberare innocentem a damno cētum au-

rcorum, quod accepit p iniuriam, quàm a ſimili miſeria, quam patitur in paupertate, licet ad vtrumque teneatur ex charitate. Primo, quia maior eſt neceſſitas proximi qñ patit̃ detrimentũ per iniuriam. Et præterea, quia facilius quis pōt ſuccurrere proximo dicendo teſtimonium, ne priuet̃ centum aureis, quàm dādo illi elemoſynam cẽtum aureorum. Quemadmodum ego teneor arcere latrones, ſi facile poſſum, dum depredant̃ domum proximi: & tamen poſt expoliationẽ non teneor dare tam largam eleemoſynam. Per hæc quæ dicta ſunt, ſoluitur dubium, vtrum quando quis accipit damnum, eo ꝙ ego non dixi teſtimonium tenear ego reſtituere damnum? Reſpondetur enim, quod ſi ego teneor de iuſtitia dicere teſtimoniũ, & poſſum dicere ſine graui detrimẽto meo: vt ſi ego legitime interrogor a iudice, & celo veritatem vnde agit̃ damnum proximi, teneor quidem ad reſtitutionem. Si tamẽ ſolum teneor ex charitate, vt in caſu ſecundi membri S. Thomæ: quia videlicet, non vocor a iudice, ſed tñ poſſum liberare innocẽtem: tunc, licet peccem contra charitatem, nō me offerendo, non tamen teneor ad reſtitutionem.

In tertio membro S.Th. eſt præterea dubium, dum dicit, quod nullus tenetur offer- *Dubium.*

re ſe ad dicendū teſtimoniū, ꝙ ſolū eſt neceſſarium ad puniendum reū legitime accuſatum: q̃q̃ ſit periculū accuſanti deficiēdi in probatione. Arguit namque. Sunt caſus, in quib. quicunq; tenet accuſare reū, vt puta de crimine ꝙ vergit in perniciē publicā, vt q̃ſtione 5. definitum eſt, ergo in eiſdē tenent teſtes teſtimoniū dicere. Probat cōſequentia: quia ſi ciues tenent occurrere publico malo reip. accuſando. ergo a fortiori, teſtimoniū dicendo. Et præterea, iniqua eſſet cōditio accuſatoris, & teſtis, ſi caſu quo alter teneretur accuſare, alter non teneretur teſtificari: nam tunc accuſator ſine culpa ſua deficeret in probatione.

Reſpōdetur cum domino Caie. in eodē loco, ꝙ S. Thomas ſolum intelligit teſtem non teneri offerre ſe ad dicēdum teſtimonium, vt reus puniatur in cauſſis priuatis: puta, quando quis accuſauit in cauſa propria, vbi non cōpellitur accuſare; nā tunc ipſe ſe obiecit periculo deficiendi in probatione, quia poterat non accuſare: & ideo teſtis non tenetur liberare eum illo periculo. At vero in caſu, quo quis tenetur accuſare propter bonum publicum, non negaret S. Thomas teſtes teneri ad accuſandum.

Quarta cōcluſio. Quarta & poſtrema cōcluſio. Nihil obſtat fides, quam quis ſecreti prōmiſit, etiā ſi iu-

iureiurādo ſe aſtrinxerit,quominus teneat ſecretū detegere:ſi id modo in iudicio via, & ratione petatur. Probatur:quia fides ſecreti,& iuramentū non habet vim obligandi contra ius,nec præiudicium parat iudici quin poſſit cōpellere ſubditos,quando neceſſum fuerit. Eadē ratione, vt diximus ſupra,nulla fide,aut iuramento ſecreti obſtāte,tenetur quicunq; etiam iniuſſus reuelare ſecretum,quod eſt in prȩiudicium reipublicæ,aut tertiȩ perſone:quod notat S. Th. 2.2.q.70.ar.1.ad ſecundum. Attamen quod via ſacramēti confeſſionis notum eſt,nulla prorſus de cauſa reuelare licet,quamquam ſit in præiudicium totius mundi:quod latius quæſt.vltima tractabimus. Docendi tñ ſunt litterarum ignari, quod non cadunt ſub ſigillo confeſeſſionis,q̄ vulgo dicuntur in confeſſione. Sunt enim q vt arctius obligent ad ſecretum,ſignāt ſe ſigno crucis, & flectentes genua,dicunt ſe committere ſecretum in confeſſione:cum tñ,vbi quis nō confiteť oīa ſua peccata cum intentione accuſandi ſe,nullum eſt ſacramentū: atque adeo nec interuenit ſigillum confeſſionis, vt illud ſecretū reuelare ſit ſacrilegiū. Quare illȩ cȩremoniæ non ſunt permittendæ.

Ad primum argumentum principale reſpondere per quartā concluſionem, quam

modo poſſumus: officium enim nullum eſt virtutis, niſi veſtiatur debitis circũſtantijs. Quare quicunque fidem ſuam alteri aſtrinxit, iure ipſo interprete, intelligat id facere ſecundum ius, atque adeo quãdo legitime auctoritate iudicis reuelat ſecretum, nihil infidelitatis admittit. Et eadem ratione reſpondetur ad confirmationem: quia iuramentum non poteſt contra ius obligare.

Ad ſecundum reſpõdetur, quod quamquam id videatur durum, vt quis aduerſus patrem, & aduerſus proprium caput dicat teſtimonium: tamen quia ad pacem, & trãquilitatem reipub. neceſſarium eſt, nimirũ ſi Deus iure naturali propter bonũ noſtrũ id nobis præceperit. Naturale enim eſt, vt corpus membra propter ſuam ſalutẽ exponat. Atqui illud Chryſoſtomi: Non tibi dico, vt te prodas: id ſolũ ſonat, vt nullus ſua ſpõte, niſi auctoritate publica legitime cõpulſus, ſe in publicum prodat: ſed ſatis eſt ſi ſacerdoti tamquã Deo ſecreto confiteať.

Ad tertium reſpondetur, quod non ſolũ tenetur, qui legitime interrogatur, non negare veritatem (quod eſſet mẽdacium) ſed etiã tenetur non tacere, aut celare per ęquiuocam reſponſionem: quia licet tacere nõ eſſet mendacium, eſſet tamen iniuſtitia, & inobedientia.

Ad

Ad primum membrum confirmationis iam reſponſum eſt, quod de genere ſuo negare veritatem in iudicio eſt mortale: ſed tamen in indiuiduo poteſt eſſe veniale, propter paucitatem materiæ. Ad alterum reſpondet San. Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. ad 1. quod quamquam reus, qui legitime accuſatur, peccet colludendo cum accuſatore, ideſt componendo pacem cum illo ne accuſetur: tamen non imponitur ei pœna legis, ſicut accuſatori ſi colludat cum accuſato. Quia, cum omnium terribilium terribiliſſimum ſit mors, indulgendum eſt accuſato, ſi recuſet mortem, quamuis eam digne fuerit meritus. Quod tamen dicit S. Thom. videlicet, tam reum, quàm actorem peccare colludentes; ſupra nos expoſuimus, vt intelligatur quando accuſator tenetur accuſare; puta, dum crimen eſt in perniciem publicam; quia in criminibus priuatis nullum peccatum eſt accuſatorẽ ceſſare ab accuſatione; atque adeo nec accuſatum componere pacem cum accuſatore. Et hæc de ſecundo membro.

MEMBRI

MEMBRI TERTII,

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum qui præter ius interrogatur de ſecreto crimine, reſpondere teneatur veritatem.

SVMMAE.

1 *Extorquere ſecretum alienum præter ius, eſt in genere ſuo graue peccatum mortale.*

2 *Prælatum aut iudicem extorquere præter ius ſecretum a ſubdito, grauius peccatum eſt, quã ſi perſona priuata id faceret.*

3 *Subditi non tenentur obedire prælatis præcipiẽtibus ſecreta pandere, contra ius, vbi non præceſſit infamia, aut indicia.*

4 *Quamuis prælatus interroget ſecretum crimen ſub ſententia excõmunicationis, vel ſub quacunque alia pœna, ſi modo conſtet crimen eſſe occultum, nec habere ius inquirendi, non tenetur ſubditus obedire: nec propterea incurrit in foro conſcientię ſententiam excommunicationis.*

5 *Quãdo iudex iniuria extorquet ſecretum ſubditi, non poteſt forte per illam cognitionem tra procedere, ſed quidquid inde dimanat, iniuſtum eſt.*

Primo

PRIMO quæritur, Vtrum qui præter ius interrogatur de ſecreto crimine, reſpondere teneatur veritatem.

Ad partem affirmatiuam arguitur primo. Apoſt. Coloſ. 3. Filij, inquit, obedite parentibus per omnia: & ſubdit, Serui, obedite per omnia dominis carnalibus. & 1. Pet. 2. Serui, ſubditi eſtote in oĩ timore dñis, non tm̃ bonis, & modeſtis, ſed ẽt diſcolis. Ergo quidquid prælati, etiam iniqui, præcipiant, tenemur parere.

Secundo arguitur. Prælati ſunt miniſtri Dei, ſecundum illud. 1. Cor. 4. Sic nos æſtimet homo, ſicut Dei miniſtros. & Gal. 4. Sicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. Ergo prælatis, vt Deo obediendum eſt: Sed Deo obediendum eſt ad nutum: in hoc enim obedientia Abraham cõmendatur, quod cum filium innocentem iuberetur occidere, quod iuri naturali tam apparebat contrarium, nihil cunctatus parere parauit. Ergo & prælatis ad nutum eſt obediendum.

Et tertio ad rem propius arguitur: Iudicum, atq; prælatorum munus eſt bonos facere ciues, vt auctor eſt Ariſtot. 5. ethi. Sed multo eos facerent meliores, ſi oĩa ſubditorum crimina eſſent illis manifeſta: nam

tunc

tunc cognoſcerent gregẽ intus,& in cute: & quãuis non poſſent ſecreta crimine iuri dice punire,iuuarent tñ ſubditos, tanquã patres,conſilijs & exhortationib. Ergo cõmodum eſſet ſubditis, ſi ius eſſet prælatis quodcunq; ſecretum crimen interrogare: atq; adeó eſſet ſubditis obligatio veritatẽ reſpondere. Et confirmat. Media ordinant in finem, finis aũt ciuilis vitæ eſt, vt ciues boni fiant: at ſi ſubditi tenerent quęuis oc culta crimina prælatis patefacere,re vera il lo metu deterrerent a peccatis: nã, vt ſexta qõne præcedentis membri adnotauimus, propterea Deus in antiqua lege voluit, vt occultum adulterium mulieris ſacrificijs detegeretur,& peccatum ſecretum anathe matis diſquireretur ſortib, vt nec in abſcon dito, quis auderet id genus flagitia perpetrare. Condecet ergo vt p̃lati quæuis ſubdi torũ peccata cognoſcãt: atq; adeo ſubditi tenentur ea quamlibet occulta reuelare.

Sed in contrarium eſt, quod oportet Deo magis obedire, quàm hominib. Act. 5. Ergo quando prælati, quid contra ius præcipiunt, non eſt illis obſequendum: quia infideliter gerunt miniſterium Dei.

POſtquã ſuperiori membro pro captu noſtro tractauimus rationem detegẽdi ſecretum, quando via,& iure inquiritur: ſub-

ſubſequiſt,vt in hoc mẽbro tertio, rõnem tegendi perſequamur: nempe, qñ quiſpiã ꝯ ius de ſecreto interrogat. Vbi quatuor diſputabimus qõnes:primã,qñ quis per manifeſtã iniuriam interrogatur,an teneat reſpondere:ſecundam,an ſemper in re dubia teneamur veritatẽ fateri prælato: tertiam, quib. amphibologijs ſe poſſit ſubditus iniuſte interrogatus ꝓtegere:atq; adeo poſtremã,quid prius perpeti debeat homo, quã ſecretum pandat, quando iniuſte interrogatus,non ſe poteſt defendere.

Ad primam ergo qõnem reſpondetur quatuor concluſionib Prima. Extorquere ſecretum alienũ præter ius, eſt genere ſuo graue peccatummortale.Probatur.Extorquere ſecretum crimen alienum è genere ſuo eſt in detrimentum famæ: Sed damnũ in fama eſt graue,cum fama ſit pręcipuum hominis.Ergo illud eſt contra charitatem, atq; adeo peccatum mortale. Adde, quod extorquere ſecretum ab hoĩe, grauius eſt, quàm reuelare ſecretum alienum. Verbi gratia, qui ſponte ſua reuelat ſecretũ alienum,& qui fraude,aut vi compellit alium vt reuelet ſecretũ,vterq; genere actus peccat contra famã proximi:nam ex cognitione criminis,quod proxime ſequitur,eſt infamia illius, qui crimen admiſit. Alia ve- *Prima concluſio.*

R ro

ro dãna conſequunt̃ nonnunquam de per accidẽs: ſed qui per fraudẽ, & maxime, qui per vim ſecretũ extorquet, grauius peccat rõne violentiæ, quæ potiſſimũ cauſat inuoluntarium, atq; adeo auget iniuriã. At vero, quemadmodũ reuelare ſecretũ alienũ ex genere ſuo leuius peccatum eſt, quã homicidium, aut adulteriũ, grauius vero quã furtum, vt dictum eſt. q. 2. membri primi; ita & extorquere: quia vtrunque eſt contra famam proximi, qđ eſt bonũ medium inter vitam, & bona exteriora temporalia.

Secunda cõcluſio. Secunda concluſio, Prælatum aut iudicẽ extorquere pręter ius ſecretũ a ſubdito, grauius peccatũ eſt, quàm ſi perſona priuata id faceret. Primo, quia prælatus, qui eſt virtutũ exemplar, arctius obligatur ad oẽ officium virtutis, quàm priuata perſona. Et præterea, quia magis tenet̃ diligere ſubditum (vtpote tanquam filium) quàm priuatus homo proximum ſuũ. Et poſtremo, quia prælatus eſt cuſtos iuſtitiæ, ad quem ciues concurrunt tanquam ad iuſtitiã animatam, vt dicit Ariſt. 5. eth ob idq;, ſi quid ꝯ iuſtitiam committit in ſubditos, multo grauius peccat, quàm ſi perſona priuata id faceret; quod vtinam iudices, & magiſtratus ob oculos ſemper haberent.

Tertia cõcluſio. Tertia concluſio. Subditi non tenentur obe-

obedire prælatis præcipientib. ſecreta pandere ꝯ ius, quod late ſuperiori mẽbro expoſitũ eſt: vt puta, vbi non præceſſit infamia, aut indicia &c. Intelligitur, qñ conſtat ſubdito iniuſtitia prælati: nam qñ eſt dubiũ, id diſputabitur q. ſeq. Probatur. Iudex eſt lex viua (vt inquit Ariſt. 5. eth.) lex aũt nulla eſt obligatoria, niſi quatenus deriuat a lege diuina, quę eſt prima regula oĩum agendorũ, vt docet S. Th. 1. 2. q. 93. ar. 3. quemadmodũ oĩa mobilia naturalia mouent a primo mobili. Ergo quãdo prælatus præcipit aliquid contra ius, tunc pręceptũ eius non eſt obligatorium: quia non eſt ſecundum legẽ diuinam, & per ꝯñs nec ſubditi tenentur tunc parerę. Vnde gloſſa Auguſtini ſuper illud Rom. 13. Qui reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt: Si quid, inquit, iuſſerit, ſ. ptãs, quod non licet: hic ſane cõtemne poteſtatem, timendo ptãtem maiorem. Et infert: Ergo ſi aliud Imperator, aliud Deus iubeat; cõtẽpto illo, obtemperandum eſt Deo. Et explicatur aliter hæc rõ. Iudex nullam habet virtutem mouendi ſubditos niſi per iuſtitiam, cuius eſt cuſtos: ſicut cęlum per motum, & calorem mouet iſta inferiora. Ergo quando aliquid præcipit ꝯ iuſtitiã, nullam habet virtutem motiuam: ſicut cœlum ſine calore, & motu non moue-

ret Et ſecundò probat. Sicut qui iubet, aut interrogatur a non ſuo iudice, nō tenetur parere: ita nec qui interrogat a iudice ꝯ legem: ſi quidē iudex non pōt niſi per legem obligare. Quare 32. diſt. ca. Erubeſcant. hr̄, quod ſecretorū ſolus Deus eſt iudex, ac ſi dicat: qui de occultis præter ius interrogant, in hoc nō ſunt iudices. Et poſtremo arguit: Quemadmodum vt quæſt. proxima diximus, repugnat prælatum quicquā iuſte præcipere, & ſubito licere nō obedire (qa tunc bellū eſſet iuſtū ex vtraq; parte) eadē rōne repugnat prælatū quicquā iniuſte prę cipere, & ſubditū obligari ad obedientiā: quia ſicut lex iniuſta nō obligat, ita nec p̄ceptū iniuſtum. Vnde ijdē canones, puta, Inquiſitionis. & Qualiter & qn̄. el ſecōdo, de accuſatione. qui cohibent prælatos contra ius inquirere, faciunt ſubinde ſubditis facultatem contra ius non reſpondendi.

Quarta cō cluſio. Quarta cōcluſio. Quamuis prælatus interroget ſecretū crimen ſub ſn̄ia excōicationis, vel ſub quacunq; alia pęna: ſi modo conſtet crimen eſſe occultum, nec hr̄e ius inquirendi, non tenetur ſubditus obedire: nec propterea incurrit in foro conſcientiæ ſententiam excommunicationis. Concluſio manifeſte conſequitur ad præcedentem; nam excommunicatio nullatenus

tenus incurrit, niſi propter inobedientiam vt habetur Matth. 18. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. & c. Nemo epiſcoporum. 11. q. 3. habet, nullum poſſe excõicari, niſi manifeſta peccati cã: Sed qñ iudex ꝯ ius quid p̃cepit, tũc ſubditus qui nõ paret, nec eſt inobediens, nec peccati reus. Ergo nullatenus põt excõicari. Et. 2. q. 1. c. Multi. habet, ꝙ nullus poſſit excommunicari, niſi ſit ſponte confeſſus, aut in iudicio conuictus: quod in caſu concluſionis nõ contingit. Sylueſter in Verb. Correctio. § ix. aſſerens prius hanc noſtrã concluſionem, adnotat præterea, quod quãuis prælatus in aliquo caſu non poſſet cogere ſubditum ad reuelãdum ſecretum, ſi id nihilominus præcipiat ſub ſententia excommunicationis, parere debet ſubditus: aliàs incurrit excommunicationem, quãtum ad pœnam, licet non committat culpam.

Quibus verbis ſubmouetur vulgata illa quæſtio, An ſentẽtia excommunicationis iniqua, quando non eſt nulla, nec cõtinet intolerabilem errorem, liget: quam nos in 4. diſt. 8. late diſputauimus; vbi eã tractant Theologi: Canoniſtæ verò. 11. q. 1. c. 1. & c. Qui iniuſtus. & c. Sacro. de ſent. excomm. Notant Doctores tres gradus peruerſæ ſententiæ excõmunicationis. Eſt enim ſenten

tia nulla, vt puta, q̃ a non iudice procedit: & eſt ſententia continens intolerabilem errorem, vt puta, manifeſtiſſimum omniũ iudicio, licet procedat a vero iudice: & eſt ſententia iniuſta citra intolerabilem errorem aut ex parte iudicis, quia.ſ. ex odio prolata: aut ex parte cauſæ, vt pote q̃a, aut nulla eſt, aut non legitima: aut ex defectu ordinis iuris, vt docet. S. Th. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 1. q. 4. Dicit ergo Sylueſter loco citato, vt perſeueremus in exemplo de ſecreto, ꝙ ſi quis pcipiat illi, qui nõ eſt ei ſubditus, ſub ſñia excõicationis reuelare ſecretũ: tunc nõ obediens non incurrit ſñiam, quia eſt nulla. Itidẽ, ſi p̃latus præcipiat ſub ſñia excõicationis, vt quicũq; ſubditorũ ſciuerit aliquod crimen, illud pãdat, q̃uis nulla ſit infamia, aut indicia, nec illud poſſit legitimis teſtib. probari: tunc ſubditus nõ obediens nõ incurrit, quia illa ſententia continet intolerabilẽ errorem. Qui enim probare non p̃t crimen, nullo mõ tenetur denunciare, niſi forſan in correctione fraterna. At vero ſi prelatus iuſſerit ſub ſñia excommunicationis, vt quicunque ſciuerit crimen, qđ legitime potuerit ꝓbare, q̃uis nulla ſit infamia, aut indicia: tunc, inquit, ſententia quidem iniqua eſt: quia nullus poteſt cõpelli manifeſtare crimẽ quod non laborat infa-

mia, aut indicijs: tamen quia ſententia nec eſt nulla, nec continet intolerabilem errorem ligat, & intelligit quo ad pœnam.

Adrianus in quotlib. q. 6. mouet in genere, vtrum ſententia excõmunicationis, quę nec eſt nulla, nec cõtinet intolerabilem errorẽ, obliget in conſcientia. Et dicit S. Thó. & Pal. & Ricardum in 4. d. 18. tenere partẽ affirmatiuam. & Alex. 4. P. q. 82. membr. 1. quibus tamen ipſe contradicit. Et idem videtur tenere Gratian. 11. q. 3. c. Qui iuſtus eſt. quem ſequuntur multi canoniſtarũ: cõfirmantes ſuam ſententiam illo celebri dicto Gregorij, quod refertur eadem cauſa, & quæſt. c. 2. Sentẽtia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta. timenda eſt. At vero quia hic nõ eſt locus diſputãdi hãc quæſtionẽ, ſatis eſt ſi dixerimus q̃ ad rẽ pertinẽt p̃ſentẽ. Primũ omniũ certiſſimũ eſt, nec vlla põt rõne dubitari, ꝙ vbi ſimplex p̃ceptũ nõ obligat, q̃a procedit ab iniuſta cã, illic nec ſñia excõicationis poteſt ligare in conſcientia, vt ſit culpa non obedire: ſi modo ceſſet contemptus. Verbi gratia, in caſu poſito Sylueſtri, ſi p̃latus pręcipiat ſub excõicatione ſubdito reuelare ſecretum, quod nec infamia laborat, nec indicijs: quod tamen poſſit legitime probari: ſententia illa non obligat ad culpam, nec eſt aliquod peccatum nõ obe-

dire. Hoc eſt manifeſtũ: quia nullus poteſt excõicari niſi pp inobedientiã, vt iam nõ dicebamus, iudex vero obligare nõ poteſt niſi per legẽ, & iuſtitiã. Quando ergo quid præcipit ꝯ legẽ, nulla eſt obligatio pcepti: atq; adeo nec in ſubdito eſt peccatũ inobedientię, licet non pareat. Et confirmat̃: quia aut iudex procedit ex falſa pſumptione, putans habere ius, cum tñ non hẽt: & tunc clarũ eſt quod non ligat innocentem; poſtquã ſi veritatẽ noſſet, non excommunicaret innocentem, aut pcedit ex paſſione, vel malitia, & tunc a fortiori non ligat: nam quis dicet iniquitatem iudicis contra ius ligare ſubditum quoad culpã? Vnde Gelaſius Papa. 11. q. 3. c. Cui eſt. Si iniuſta, inquit, ſñia eſt, tanto curare eam non debet, quanto, apud Deum, & eius eccleſiam neminẽ poteſt grauare iniqua ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus pſpicit obligatum. Et Auguſtinus eadẽ cauſa & quæſt. c. Illud plane. Si quis fidelium iniuſte fuerit anathematizatus, potius ei oberit qui facit, quam qui hãc patit̃ iniuriam. Et Hieronymus: Qui non recto iudicio foras mittitur, ſi nõ ita egit, vt mereretur exire, nihil læditur, ex eo quod nõ recto iudicio ab hominibus videtur expulſus, 24. q. 3. c. Si quis non recto. Nihil ergo ligat ſententia

tia ex iniuſta cauſa procedens, quoad culpam, ſi non obediatur. Eadem ratione, ſi ſit iniqua ex defectu notabili ordinis iuris. Secus ſi fuerit iniqua ex intẽtione iudicis: qa videlicet ex odio fert illam, nam tunc nihilominus ligat, ſi aliàs eſt iuſta: nec eſt aliqs (quod ego viderim) qui oppoſitum huius teneat. Quo circa cũ Adrianus ait, quod S. Thomas, & alij quos citat, videntur tenere ſniam excõicationis iniquã ligare in conſcientia, ſi intelligat illos tenere, eſſe culpã non obedire, certe id falſo illis imponit: nã verba S. Tho. in loco citato ſunt hæc. Quãdo ſnĩa excõicationis eſt iniqua ex parte cauſæ, aut ex defectu ordinis iuris, dũ tñ nõ ſit nulla, tunc habet effectũ, & ſubditus debet obedire, & erit ei ad meritũ: & vel abſolutionẽ petere, vel ad ſuperiorẽ recurrere. Non dicit quod erit culpa nõ obedire: ſed quod erit meritum pati illam pęnam iniuſte: ſcilicet, nõ communicare ſacris. Et hęc eſt intentio Alex. Ricar. Sylueſtri, & credo Gratiani, & omnium. Ex quo ſequit̃ ſecundò, quod ſi verum ſit excommunicationis ſentẽtiam aliquo modo iniquam ligare, intelligendum eſt in foro exteriori quoad pęnam: vt in exemplo poſito, ſi prælatus præcipiat ſubditum reuelare crimen quodcunque quod probare poſſit, quamuis non fla-

gret infamia; certe nulla culpa eſt non obe-
dire: tñ qui inuentus fuerit non obedire, ex-
cludet̃ a ſacris, & a fideliũ cõione: quia nõ
admittet̃ excuſatio ſubditi dicentis non te-
neri, quia nulla erat infamia, nec indicia:
nã pſumendũ eſt iuſtũ eſſe præceptũ plati:
alias deberent plati quotieſcunq; quid præ-
cipiunt, manifeſtare quo iure id faciant: ꝙ
eſſet in detrimentũ gubernationis. Et pro-
pterea dicit S.Th. ꝙ erit meritũ ſubdito pa-
ti illam pęnam iniuſte. Sed addiderim ter-
tio, quod eiuſmodi iniqua ſententia, excõ-
municati non priuãtur ſuffragijs, & oratio-
nibus eccleſię: vt ſcite notauit Adrianus lo-
co citato, & Pal.4.diſt.18.q.1.concluſione.
4. Nam eccleſia non cenſetur iniuſtẽ, velle
quẽquam lædere, in re tam graui. Nec op-
poſitũ huius, puto, ſentit S.Tho. vt Adr. il-
li impingit. Numquam enim dixit S.Th. ꝙ
taliter excõmunicatus priuatur ſuffragijs
eccleſię: ſed verba eius loco citato in ſolu-
tione ad primum, ſunt hęc. Excommunica-
tio gratiam Dei ſubtrahit, non gratum fa-
cientem, ſed aliquam diſpoſitionem illius:
puta, communicationẽ in ſacris, & cum fi-
delibus. Poſtremo notandum eſt, ꝙ ſiquis
ſententiã excommunicationis, quamlibet
iniquam, contemnat, contemptus erit pec-
catũ: vt puta, ſi negligat abſolutionẽ pete-
re

re ad cautelã,cũ facile poſſit: vt ſi in publico dicat ſe nihili facere iudicẽ &c. Et hic ẽ ſenſus verborũ Gregorij: Sñia iudicis, ſiue iuſta ſiue iniuſta timẽda ẽ,i. nõ cõtẽnenda.

Quintam,& poſtremam concluſionem principalẽ adiecerim. Quãdo iudex iniuria extorquet ſecretum ſubditi,non poteſt forte per illam cognitionem vltra procedere,ſed quidquid inde dimanat, iniuſtũ eſt. Verbi gratia. Si iudex tormẽtis ſine infamia,& indicijs; iniuſte extorquet crimen, non poteſt aut ad punitionẽm,aut certe ad inquiſitionem procedere,quamquam reus manifeſtet teſtes per quos poteſt cõuinci, ſaltem ſi ſecretum extorſit per metum granem:& præterea,ſi nõ ſequatur ſcandalũ propterea quod non punitur. Probatur cõcluſio. Quidquid ex iniuria iudicis manat, iniuſtum eſt: nam iniuſtilia cauſę permanet in effectu. Ergo quando cognitio criminis eſt iniuſta,quidquid inde procedit,eſt iniuſtum: atque adeo caſſandum, & irritandũ. Dixerim,ſi per grauem metum extorqueatur: nam ſi iudex leuiter minaretur tormẽta ſubdito,niſi crimen proderet: atq; adeo ſubditus ex leuitate animi illud ꝓderet, & detegeret teſtes,& indicia,non ſum adeo certus quod nõ poſſet iudex procedere ad inquiſitionẽ,Nam quamuis iudex aliquam

tunc

tunc fecerit iniuriam: tamen non tam cẽſetur iudex extorſiſſe, q̃ reus libere ꝓpalaſſe.

At ꝯ concluſionẽ eſt graue argm̃. Eſto iudex per grauiſſima tormenta extorſiſſet ab aliquo crimen occultũ, atq; adeo indicia, & teſtes, quib. poſſit conuinci: tunc vr̃; qđ iudex non poſſet deſerere cauſam, & ceſſare a vindicatione ſine graui ſcãdalo, & maxime ſi crimen illud eſſet fœdiſſimũ, vt grauiſſimus inceſtus, aut peccatũ contra naturã, quod per confeſſionem ipſius rei eſſet iam publicũ, & certiſſimũ in toto populo:

Reſpondetur, quod forſan in tali caſu iuſte poſſet procedere iudex ad inquiſitionẽ & punitionem, ad ſedandum ſcandalum: tametſi certe res eſt dubia, quã nos aliorum iudicio committimus.

Dubium. Sed naſcitur ex hac concluſione dubiũ, Vtrum ſi iudex nouerit crimen, aut indicia per iniuriam, quam non ipſe, ſed alia perſona priuata intulerit, poſſit procedere ad inquiſitionem, & vindictam. Et videtur quod non, poſtquã cognitio proceſſit ex iniuria.

Reſpondetur ꝙ iniuria illata extra iudicium a priuata perſona, nihil obſtat quominus iudex poſſit inquirere. Vt ſi Petrus ſecreto occidit hominem, & filius occiſi ſuſpicatus Petrũ fuiſſe occiſorẽ, tormẽtis, & minis extorqueat ab illo confeſſionem, &

teſtes

teſtes quib.poſſit conuinci,& tandē cū deſerat in iudiciū; tunc poſſet iudex procedere,quia nihil ſua intereſt quo alter extorſerit confeſſionē. Hoc tñ vnum ſtricte admonuerim,vt ſi cognitio criminis(qualecunque ſit)ortū habuerit ex confeſſione ſacramentali:tunc (quicunq; ille fuerit, qui ſecretū,aut extorſerit,aut propalauerit nullatenus licebit ad inquiſitionē, aut ad pœnā procedere iudicialē.Exēpli gratia. Si ſacerdos ſacrilegus reuelauerit confeſſionē homicidij,ac demū per ora deuenerit in aures iudicis, conſtiteritq; iudici,via id ſacramēti dimanaſſe;tunc nullo mō pōt illud iudicialiter inquirere,aut punire; & ſacrilegiū cōmitteret inquirendo,aut puniendo.Probatur. Quæ in ſacramento ſacerdoti deteguntur,dñr tanquā Deo. ergo in quaſcunque aures eiuſmodi ſecreta deueniāt, reputari debent,ac ſi prorſus neſciantur,q̄ proinde ſi reuelentur, grauis ſit iniuria ſacramento,& religioni.Et præterea, oppoſito dato, periret ſacramentum confeſſionis; quod tamen ſumme neceſſarium eſt in eccleſia Dei. Nam deterrerentur homines a confeſſione, ſi vel ſuſpicarentur aliquod inde detrimentum eis poſſe vlla via parari. Eadem rōne,ſi laicus audiens confeſſionē, quæ fit ſacerdoti, confeſſionem reuelaret:

ret;atque adeo ſi laicus habitum mentitus ſacerdotis,confeſſionem audiret,& in publicum produceret,nefas eſſet iudici ad inquiſitionem, aut punitionē inde procedere. Quo circa cauendum præſertim eſt prælatis,cum aliquid via confeſſionis, ſiue per iniuriam,ſiue per imprudentiam confeſſorum,aut confitentium,nouerint, ne illud prætendant iudicialiter,aut inquirere, aut punire:de quo latius quæſtione vltima.

Ad primum argũ reſpondet, quod verba Apoſtolorum id ſolum ſonant:vt filij,& ſubditi per omnia obediant parentibus, & prælatis, in quib. iure illis ſubduntur.

Ad ſecundum reſpondet,qđ quāuis prælati omnes ſint Dei miniſtri, non tñ habēt abſolutam,& infinitam poteſtatem, ſicut Deus.Dei enim intellectus eſt regula infallibilis ſuæ voluntatis, vt quidquid ipſe iudicauerit bonum,eo ſit bonum, & æquum, quod ipſe ita iudicauit. Hoīes vero quia falli,& fallere poſſunt, habent præſcriptas regulas,& leges, quas ſi prælati tranſgrediantur,non habent vim ligandi ſubditos: habent enim poteſtatem, non in deſtructionem,ſed in ædificationem,2.Cor.13.

Ad tertium reſpondet,quod quia in hominibus nihil pōt eſſe perfectum:ita prouidendum eſt huic bono,vt non detur occa-

ſio alterius mali. Et in propoſito, ſi oēs prę lati perfectiſſimi eſſent, forſan expediret vt oēs cognoſcerēt intima cordis ſubditorū, vt per hoc ſubditi arcerent̄ a pecatis: ſed tū cum rari ſint illi, periculū eſſet ex alia parte, ſi ſcirent oīa occultiſſima peccata; nam forte illa imprudenter proderent. Et præterea, non eſſet tantus amor prælati ergą ſub ditos; nā vix inueniret quos poſſet ex corde diligere, adeo sūt multa occulta hoīum crimina. Et poſtremo. Iugum Domini ſuaue eſt; quare noluit obligare hoīes ad rem tam difficilē, vt prælatis occultiſſima peccata manifeſtarent. Inde enim ſacrm̄ confeſſionis exiſtimatur adeo difficile, quod hoīes obligat intima confiteri; quæ proinde confeſſio ſoli Deo, & eius vices gerenti fuit expediens, vt fieret.

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum ſubditus teneatur obedire prælato interrogāti ſecretum, quotieſcunq; dubitat iure ne interrogetur, an iniuria.

SVMMAE.

1 *Quando præceptū eſt de re tuta, vbi nullū imminet periculum, aut bono publico, aut tertio per-*

perſonæ,in re dubia,vt plurimũ obediẽdũ eſt.

3 *Quando prælatus inquirit in quempiam,& interrogat ſub præcepto, quod ex probabili cauſa dubitatur eſſe iuſtum, non ſemper tenetur ſubditus reſpondere: ſed in eam partem inclinandum eſt,in qua eſt minus periculi.*

5 *Licet quis habeat opinionẽ partis minus tutæ, & ſolam formidinem alterius,non ſemper tenetur ſequi opinionẽ:ſi modo ab illa parte magnum immineat periculum, & formido alterius apparentem habeat probabilitatem.*

4 *Quando crimina,de quib. fit inquiſitio, ea ſunt quæ vergunt in perniciẽ publicam, vt proditio,crimen læſæ maieſtatis,hæreſis, & alia id genus:tunc in re dubia,vice verſa,dicendum eſt potius teſtimonium,quam celandum.*

SEcũdo quæritur, Vtrum ſubditus teneatur obedire prælato interroganti ſecretum quotieſcunq; dubitat iure ne interroget,an iniuria. Ad partẽ affirmatiuã arguit primo.Quicunque rem poſſidet, quamuis dubitet ſua ſit necne, iure vtitur ea, quoadusq; certus ſit ſnĩa iudicis,vel alia via,rẽ non eſſe ſuam,vt legitur vtroq; iure cap.Si virgo.34.q.2.& gloſſa c. fi. de præſcript. & l.qui ſcit.ff. de vſu. Sed prælatus eſt in poſſeſſione reſpectu ſubditorum. Er go in re dubia habet ius præcipiendi: & per conſequens ſubditi tenenẽ tunc obedire.Et confirma

firmatur. Quia aliàs ſequeretur, q̄d prælati quotieſcunque quid iuberent, tenerentur manifeſtare quo iure id faciunt, antequam ſubditi tenerentur obedire: quod in graue vergeret detrimentum gubernationis.

Secundo arguit. Coniux, dū dubitat an alter ſit eius cōiux, tenet reddere debitum petēti, eo q̄d eſt in poſſeſſione: vt expreſſe iubet. c. Dominus de ſecū. nu. & c. Inquiſitioni. de ſent. exco. Ergo pari rōne, poſtquā prælatus eſt in poſſeſſione, tenent ſubditi ei parere in dubio. Et cōfirmat. Si princeps indicat bellū, edicatque ciuib. vt arment ad illud, quāuis ſubditi dubitent iuſtum ne ſit bellū, an nō: tenent nihilominus parere, & ſi forte princeps inique præciperet (niſi manifeſte cōſtaret edictū eſſe iniquum) vt eſt ſnīa Auguſtini. c. Quid culpatur. 23. q. 1. qui forſan eſt ſenſus illius documenti. 1. Pet. 2. Serui, ſubditi eſtote dominis, ēt diſcolis. Ergo pari rōne, quando dubia eſt iuſtitia præcepti, tenentur ſubditi parere.

Tertio. Qui ſe exponit periculo peccandi, peccat, ſecundū illud Eccle. 3. Qui amat periculū, peribit in illo: Sed quicunq; dubitans an præceptū ſit iuſtum, ſi parere recuſat, exponit ſe periculo non obediendi. Ergo peccat non obſequendo. Et confirmatur argō vulgato ad hoc propoſitum.

Quandocunq; aliquis eſt dubius, an aliqd ei liceat(ſiue de iure,quia ſunt æquales rõnes,aut opiniones pro vtraq; parte:ſiue de facto,vt cum quis dubitat an infirmitas ſua ſit ſufficiens ad frangendũ ieiunium)tunc conſiliũ eſt receptiſſimũ,vt adueniẽte præcepto prælati,in illã partem inclinet ſubditus:quia cũ rõnes prius eſſent æquales,ſuperueniens pceptum facit illã partem ponderare præ altera.Ergo eadẽ rõne, quoties prælatus præcipit aliquid,& dubium eſt an ius habeat præcipiendi, parendum eſt illi.

In contrarium eſt, quod ex duobus malis minus eſt eligendum, vt admonet apud Ariſt.2.Eth.c.9. & in 8. Toletano concilio diſt.13.c. Duo mala. Sed quandoque dum quis dubius eſt an teneatur parere prælato, contingit grauius imminere periculum ſi pareat,quam ſi non pareat:puta, quia agitur de vita hominis, in quem nondum eſt certum an ſit ius inquirendi, & prælatus interrogat ſecretum eius crimen. Ergo tũc non eſt illi obediendum.

QVæſtio generalis eſt inter Doctores, quam Adrianus Papa quotlib.2. tractat prolixe,ſit ne obediendũ prælato,vbicunq; dubium eſt, an ius habeat præcipiẽdi. Et Syluester in verbo, Obedientia. §. 4. dicit oẽs Doctores tenere partem affirmatiuam:

tiuã; forte intelligit Summiſtas. Adrianus vero in multis caſib. tuet̃ partẽ negatiuam. Nos in præſentiarum nõ verſabimus caſus vniuerſos, ſed illos qui peculiariter ſpectãt ad rem ſecreti tegendi aut detegẽdi. Et in hac materia ſecretorum eſt ſñia Petri de Palu. in 4 d. 19. q. 4. dicentis, qđ qñ prelatus exigit ſecretũ; tunc ſi certũ eſt ſubdito prę latum iure præcipere, parere tenet̃; ſi vero certum eſt cõtra iura p̃cipere (quæ expoſita ſunt mẽbro ſecũdo) obedire non debet; Sed ſi dubiũ eſt vel iuris vel facti, tunc p̃ſumendũ eſt de iuſtitia iudicis, & debet ei dicere veritatẽ; cui ſñiæ ſubſcribit Siluester in verbo, Inquiſitio. §. 3. & fere doctores canoniſtæ. Atqui ſi p̃lati illi eſſent, quos nulla ignorantia decipere, nullaq; poſſet corrumpere iniquitas, nulla eſſet tunc qõ, nec dubia eſſet ſñia hæc, quæ aſſerit in dubio inclinandũ eſſe ſemper in p̃ceptũ prælati; at quia prælati hoĩes ſunt, qui & decipi, & decipere facile poſſũt, maiori negotio verſanda eſt qõ. Præmittendum eſt in primis, aliud eſſe habere dubium, aliud hr̃e ſcrupulum. Dubius enim eſt ille, qui neutri parti contradictionis aſſentitur; ſed ita habet ſuſpenſum animum, vt in neutram propendeat; vt ego modo ſum dubius, paria ne ſint aſtra, an imparia. Scrupulus vero eſt (vt

reor) formido vnius partis cõtradictionis, quæ ſtat ſimul cũ opinione alterius: vt cũ quis habet opinionẽ aliquẽ contractũ eſſe licitũ,& formidinẽ de parte contraria, illa formido eſt ſcrupulus, qui põt eſſe maior aut minor, vt ſtatim commonſtrabĩt:& de vtroq;.ſ.tam de dubio, q̃ de ſcrupulo dictu ri ſumus Sed notandũ præterea, qđ præceptũ prælati, quãdo dubiũ eſt an ius habeat præcipiendi, bifariam põt accidere. Aut.n. certum eſt & compertum opus illud quod præcipitur eſſe licitum, ita vt nullum ſit periculum id fieri: aut opus tale eſt, vt periculum habeat ad vtranque partem.

Prima conclusio.

His habitis, reſpondetur ad qõnem quatuor concluſionibus. Prima. Quando præceptum eſt de re tuta, vbi nullum imminet periculũ aut bono publico, aut tertiæ perſonæ, in re dubia vt plurimum obediendũ eſt. Verbi gratia. Præcipit mihi prælatus ſtudere aut ſeruire infirmis: quæ ſunt opera, vbi nullũ imminet periculum, quãquã ſit dubium an id poſſit præcipere, debeo obedire. Probatur: quia cum obedientia ſit virtus perfectiſſima, nec debet ſubditus rationem omnium præceptorum exigere, nec prelatus tenet reddere: maxime vbi id quod præcipitur licitum eſt. Sub hac concluſione cõprehendimus caſus deſignatos

in

in vltima cõfirmatione ad partem affirmatiuam quæſtionis: vt puta, cum valetudinarius dubius eſt debeat ne ieiunare, aut horas cano. ſoluere: aut ſi ſit dubiũ đ iure, accedẽte auctoritate prælati, illa pars eſt tenenda.

Quod ſi quis arguat non eſſe omnino tutã partẽ, qñ præcipit fractio ieiunij ꝑꝑ dubiũ infirmitatis, aut aliud hmõi: nã periculũ eſt tunc frangendi præceptum eccleſiæ.

Reſpondetur, quod prælatus eſt ſicut interpres Dei: & ideo vbi non eſt aliud periculũ niſi fractionis legis, tunc periculũ ceſſat: quia præceptũ prælati habetur pro interpretatione legis: ſecus quando periculũ damni reipublicæ, aut tertiæ ꝑſonæ, vt diximus in concluſione. Addiderim tamen, vt plurimum: quia nec in vniuerſum obediẽdum eſt in re dubia, quamuis nullum ſit periculum: vt puta, ſi res eſt moleſta nimis, & difficilis ſubdito. Si enim mihi prælatus ꝑciperet longum iter, aut rem difficilem, dubiumque eſſet mihi ius præcipiendi, nõ tenerer ſtatim parere. Vnde ſententia eſt S. Thom. in 3. diſt. 36. exponentis verbum magiſtri, quod eſt in concilio Vermerienſi, 29. q. 2. ca. Si quis ingenuus. quod ſi quis liber deſponſaret ſibi puellam, quam bona fide credit eſſe liberam, & poſtea ex cauſa ꝓbabili dubitet illam eſſe ſeruam, non tenetur

ci reddere debitum, quamquã eccleſia præcipiat: nã ſi reddit animo nõ maritali, fornicationẽ cõmittit: ſi vero animo maritali, incurrit graue detrimentũ, puta, quia inuitus cõſummat tunc matrimoniũ cũ ſerua. Ecce quemadmodũ nemo ꝯſtringit̃ parere in re dubia, cũ graui ſuo detrimẽto, q̃uis opus ꝙ præcipit̃ eſſet tutũ, nec periculũ ageret̃ tertiæ perſonæ, eo ꝙ id ſubditus exequeretur. Ex hac concluſione ſequitur, quod qñ prælatus interrogat ſub pręcepto aliquod ſecretũ, vnde nullum imminet cuiquã periculum, & dubiũ eſt an habeat ius præcipiendi: tunc tenetur ſubditus reuelare: præſertim, ſi reuelatio illius ſecreti iuuat ad tollendam malam ſuſpicionem prælato.

Secunda concluſio. Secunda cõcluſio. Quando prælatus inquirit in quempiam, & interrogat ſub præcepto, quod ex probabili cã dubitatur eſſe iuſtum, non ſemper tenetur ſubditus reſpõdere: ſed in eam partem inclinandum eſt in qua eſt minus periculi. Exempli gratia. Inquirit iudex aduerſus homicidam, aut furem, aut in quemuis alium reũ priuati criminis, puta, quod non eſt in perniciem publicã, & dubium eſt probabile pro vtraq; parte, ſit ne infamia, aut indicia, quib. legitime poſſit inquirere: tunc teſtes hoc modo dubitantes non tenentur teſtimonium dicere:

cere:

cere:immo tenētur celare crimen, quãuis ſint conſcij,& a fortiori, nec reus ipſe, ſi interrogetur, tenetur ſe prodere: quia maius periculũ eſt ſi occidatur homo contra ius, quàm ſi non obediatur prælato. Probatur concluſio, primo ratione generali. Regula eſt receptiſſima magiſtrorũ in materia de ignorantia, ꝙ in dubio ſequēda eſt pars tuta, ſi alia non eſt tuta: quod ſi neutra fuerit tuta, illa potius eligatur vbi minus eſt periculi. Verbi gratia. Dubitat quiſpiam, an obligetur mentiri officioſe pro ſeruanda vita hoīs: conſiderandũ eſt tunc vtrum eorum eſſet grauius (ſi vtrũq; procederet ex ſciētia) permittere mortē hoīs, quē quis tenet ſeruare, an mentiri officioſe: & quia manifeſtũ eſt primũ eſſe grauius (quia illud eſt mortale, & ſm eſt veniale) fit vt ille teneat mentiri, ſi non pōt tollere dubiũ, q̃q̃ ſint plures rationes pro parte negatiua. Sed ſi eſt dubius an teneat peierare pro vita ſeruanda: tunc tenet potius permittere mortē q̃ peierare: quia ſi vtrumque procederet ex ſcientia, grauius eſſet periurium, q̃ homicidium. Itaque in materia morali non cenſetur illa pars minus dubia, quam plures cōprobant rationes, ſed illa potius, quę minus eſt periculoſa: nam minus periculum habetur pro maiori ratione: tametſi, quãdo vtra

que eſt æque periculoſa,illa deligenda eſt, in q̃ probabiliores rõnes propendunt. Ad propoſitũ ergo. Non obedire iudici ex ſciẽtia,caſu quo inquirit ad vindicandũ priuatũ homicidiũ,aut furtũ,eſt peccatũ mortale;ſed tñ non eſt infinitũ, vt nonnulli formidant:immo grauius eſt hominẽ iniuſte occidere. Ergo in probabili dubio potius eligendũ eſt periculũ inobedientiæ: q̃ homicidij:atq; adeo tunc non eſt dicendũ teſtimoniũ. Quo fit,vt ſi prælatus interroget ſub præcepto aduerſus aliquẽ, putans grauiora cõmiſiſſe crimina,& teſtis ſcit leuiora eſſe,nec vergere in infamiã,aut detrimẽtũ alterius,dubiuſque eſt iuſtũ ne ſit præceptũ,tenẽt tunc parere,quia minus eſt in illa parte periculũ. Scđo,probat cõcluſiõ peculiari argumẽto huius materiæ inquiſitionis. Vnuſquiſq; præſumitur bonus quoad uſque probetur malus: ſed quãdiu dubiũ eſt an ſit ius inquirendi aduerſus aliquem: tunc nec probatus eſt malus,nec iure exiſtimatur talis (nam ſola infamia, aut indicia ſunt quę faciunt pręſumptionem iuris.) Ergo re dubia, & iudex inquirẽs peccat, & teſtis ſi obſequatur iniuſtus eſt. Et tertio arguitur. Iura fauẽt reo ſicut poſſeſſori. Ergo quoadu ſque conſtiterit ius eſſe inquirẽdi, reus habet ius vitæ,famæ,& bonorum ſuo-

rum:atque adeo in dubio nec licet in eum inquirere, nec teſtimonium dicere.

Sed quid, ſi quis habeat opinionem, qđ tenetur obedire: formidinem tamē, & ſcrupulum, quod non tenetur. *Dubium.*

Gerſon in tract. de pę. & in De prępar. ad Miſſam. vr̄ prima fronte tenere, ꝙ qn̄ quis habet opinionem, & aſſenſum vnius partis, tūc pōt, immo frequenter dēt agere ꝯ formidinē alterius: in q̄ ſn̄iam citat Altiſiodorenſem. At profecto Doctores iſti grauiſſimi non intelligunt hoc in vniuerſum: ſed qn̄ pars illa, q̄ quis opinat̄, eſt tuta; vnde videlicet nō imminet periculū tertiæ perſonæ: aut quando formido eſt leuiſſima. Vt ſi quis habet opinionem integre eſſe confeſſum (quod eſt exemplum Gerſonis) non tenetur propter formidinē contrarij iterum confiteri, aut abſtinere a communione.

Tertia concluſio. Sit ergo in propoſito tertia cōcluſio: Licet quis habeat opinionē partis minus tutæ, & ſolam formidinem alterius, non ſemper tenetur ſequi opinionē, ſi modo ab illa parte magnum immineat periculū, & formido alterius apparentem habeat probabilitatem Exempli gratia. Interrogat te iudex aduerſus digniſſimam perſonam, nempe cuius vita pretioſa eſt in republica, opinariſque iudicem legitime inquirere, ſed cū

pro-

probabili formidine partis contrariæ:certe nõ tibi cõſulerẽ opinionẽ ſequi,vt teſtimo niũ dicas,ſed potius celes:nã periculũ graue,ne digniſſima perſona præter ius occidatˀ,facit vt in moralib.formido ꝑponderet opiniõi. At vero ſi formido tenuiſſima eſt, nẽpe quæ a pauore potius & ignauia meticuloſi hoĩs,q̃ a ratione proficiſcitur, talis vincenda eſt,aut contra illam agendum.

Scrupulus Hinc cõſequitur,quid ſit ſcrupulus. Cũ enim quæſtio ſit de nomine,poſſet quis omnem formidinẽ in vniuerſum vocare ſcrupulum,quando contrariæ partis habetur aſſenſus,ſaltẽ opinatiuus:Sed tunc cõſequẽter concedendũ eſſet,ꝙ non ſemper agendum eſſet ꝯ ſcrupulum: immo quod nonnumquam agendum eſt ſecundũ illum,vt modo dicebamus. Ob idque ſignificãtius forſan dicetur ſcrupulus,non omnis formido,ſed illa quæ adeo tenuis eſt, vt ſit cõtra illam agendum:nam ſcrupulus breuiſſimũ lapillum ſignificat,qui in calceo latet:atq; adeo in moralibus ſignificat illam formidinem,quæ ex pauore,& metu procedit, cuius nulla eſt habenda ratio.

Sed contra ſecundam concluſionem & præſertim contra tertiam,arguitur. Agere contra cõſcientiam eſt peccatum,vt omnibus eſt receptiſſimũ (perinde enim delin-

quit

quit qui accipit rē ſuam, quam credit eſſe alienam, ac ſi acciperet rem alienam.) Sed qui in dubio nō obedit prælato, præſertim ſi opinatur iuſtum eſſe preceptum, agit cō tra conſcientiam. ergo peccat.

Reſpondet duob. modis. Primo, ꝙ agere ꝯ conſcientiā ſuā ſolū eſt peccatū, quādo agere ſecundū conſcientiā eſt tutū, nec inde aliquod imminet periculū, nec reipublicę, nec tertię perſonę. Vt ſi habeo conſcientiā, ꝙ hodie teneor audire miſſam: tūc aut debeo conſcientiā deponere, aut miſſam audire: quia ſi audiam, nullum ſequit̄ periculū. Sed qn̄ neutra pars eſt tuta, nec pōt homo conſcientiā tollere: tunc nūllū eſt peccatū agere cōtra partem minus tutam.

Et quamuis ſolutio hæc veriſſima ſit, notandum tamen eſt ſecundo, duplex eſſe dubiū, aliud ſpeculatiuum, aliud vero practicum. Dubiū ſpeculatiuum eſt, quod pertinet ad intellectum ſpeculatiuū: nempe, qui nihil ordinat ad opus: practicum vero eſt, quod pertinet ad intellectum practicū: vt puta, qui de actionib. dictat humanis. Verbi gratia. Habeo pacificā poſſeſſionē rei, q̄ bona fide acquiſiui: ſed incipio dubitare an ſit mea: dubium illud eſt ſpeculatiuum, ſed tamen non ſequitur; Dubito an res quam poſſideo ſit mea. ergo dubito an te-

Dubiū practicum, & ſpeculatiuum.

neor

neor dare (quod eſt dubiũ practicum) nam poſſeſſio facit me certũ vt non tenear, quo adusque iuridice cõpertum habeam rem nõ eſſe meam, vt colligit ex ca. Si virgo. 34. q. 2. Quemadmodum Iacob, quamuis dubitaſſet ſpeculatiue, an illa q̃ erat in lecto eſſet ſua: tamen quia ignorantia erat inuincibilis, non dubitabat practice, quin teneret debitum illi reddere. Ad hunc modum dicere poſſumus in propoſito, quod quãdo quis dubitat an p̃latus ius habeat inquirẽdi, ſi videat maius imminere periculum teſtimoniũ dicendo, quam celando, tunc certũ eſt quod ille non tenetur obedire: atque adeo non facit ↄ conſcientiã practicã, quãuis faciat cõtra dubiũ ſpeculatiuum: quod nullum eſt peccatum cõtra bonos mores.

Dubium. Sed percõtaris forte, quid ſi in re dubia præcepto addatur cõminatio ſub ſententia excommunicationis? Videtur quod tunc tollat̃ dubium, & teneatur ſubditus parere. Nam ſi ſententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt, vt Gregorius admonet. 11. q. 3. ca. 2. a fortiori in re dubia magis eſt formidanda.

Reſpondetur, quod quando dubium eſt ius præcipiendi, nihil refert qua comminatione proferatur p̃ceptum, ſiue excõmunicationis, ſiue alterius pęnæ. Nam ſicuti di-

præ-

præceptum eſt manifeſte iniuſtum, nihilo magis ligat, quantumcunq; addat pęna excōicationis: ita dum res eſt dubia, nihil affert certitudinis. præterquam quod iuxta ſententiam Gregorij, tunc magis timendum eſt, atq; adeo oculatius veſtigandum an præceptum ſit iuſtum, & legitimum.

Quarta concluſio. Quando crimina, de quib. fit inquiſitio, ea ſunt quę vergunt in perniciē publicā: vt proditio, crimen læſæ maieſtatis, hæreſis, & alia id genus: tunc in re dubia, vice verſa, dicendū eſt potius teſtimoniū, quàm celandum. Nēpe, ſi dū inquiſitores hæreticæ prauitatis interrogāt aduerſus hæreticum, dubius ſit teſtis pp aliquam forte probabilem rōnem, an ſit tunc caſus iuſte interrogādi, parere debet, & teſtimoniū dicere in periculū hæretici: ēt ſi rationes ſint aliquando probabiliores pro parte contraria. Probatur concluſio eodē fundamento. In re dubia illa pars deligēda eſt, vbi minus eſt periculi: ſed minus periculū eſt, ſi perſona priuata iniuſte occidat̄, quàm ſi reip. damnum detur, ſi vtrunque procedat ex ſcientia. Ergo in re dubia, potius inclinandum eſt in periculum particularis perſonæ, quàm in damnum publicū, atque adeo in caſu concluſionis dicendū eſt potius teſtimonium, quàm celandum. *Quarta concluſio.*

Quod

Quod ſi contra quis arguat, qđ in re dubia reus adhuc p̄ſumendus eſt bonus, vt ſupra arguebamus: poſtquā iura non ſunt certa & manifeſta inquirendi aduerſus illum.

Reſpōdet, qđ vbi agit̄ de bono publico, non requiruntur tot merita, vt ſup. dictum eſt, ad procedendū contra perſonā particulare, quia membra poſt habenda ſunt capiti; & ideo in dubio ius eſt declinare in periculum potius priuati boni, quàm publici.

Dubium tandem poſtremum reſtat in hac q̄one. Quid, ſi homo ignoret doctrinā harum concluſionum? Eſt, verbi gratia, qui dubitat ſit ne præceptum prælati iuſtum an iniuſtum, & p̄terea neſcit an in tali caſu debeat ſequi partem minus periculoſam; quales ſunt fere plebei.

Reſpondetur, quod hoc dubium generale eſt in omni materia. Nos enim ſolū dicimus quod cenſemus rōne, & iure faciendum. Qui nullo modo dubitat, & ignorat, conſulat peritiores, aliàs faciens contra ius, ſi ignorantia fuerit inuincibilis, excuſabitur; ſin vero vincibilis peccabit.

Ad primū principale reſpondet̄, qđ p̄lati, & iudices non ſunt in poſſeſſione reſpectu ſubditorū, niſi quatenus iuſta p̄cipiūt; & iō quando dubium eſt an præcipiant iuſtum, tunc ſi ſit in præiudiciū tertij, quia ille

le tertius eſt ēt in poſſeſſione famæ ſuæ, & bonorū, in eā partē inclinandū eſt, vbi eſt minus periculi. Ad confirmationē rn̄det, qđ qn̄ p̄lati quid præcipiūt, vnde nullū periculū religioni, aut reipub. aut tertiæ pſonæ timet, non conſtringunt rōnē reddere, ſed ſimpliciter parēdū eſt illis, ēt in dubio, vt ſupra dictū eſt: quia tunc nullū eſt periculū, ſi præſumat iudex iuſte pręcipere. Qn̄ vero eiuſmodi periculum imminet, tunc ſi ſubditus dubitat, nihil facit contra obediētiam, ſi exigat a prælato rōnem præcepti, proponens humiliter rationes dubitandi.

Ad ſecundum principale reſpondet, qđ qn̄ coniux incipit dubitare, an vir ſit vere maritus, cui tamen bona fide nupſit, tenet reddere debitū petenti, non ſolū quia vir eſt in poſſeſſione, ſed præterea, qa illa pars eſt magis tuta. Nam ſi vtrunque fieret ex ſcientia, maius peccatum eſt fraudare coniugem coniugali debito, quàm fornicatio. Et iō in dubio ſoluendum eſt debitū: quia, non ſoluere, eſt periculum iniuſtitię coniugalis: & ſoluere, ſolum eſt periculum fornicationis. Ad confirmationem reſpondet, quod principi imperanti arma ſumere re dubia an bellum ſit iuſtum, parendum eſt: non ſolum quia poſſeſſionem habet præcipiendi, ſed quia præceptum ſpectat ad bo-

num

num publicum, puta, ad defenſionem reipub. & ideo quamuis tunc immineat periculum, ne (ſi bellum ſit iniuſtum) occidantur innocentes, non tantum proderat hæc pars, ſicut alia: quia ciues debitores ſunt ſuæ reipubl. non alienæ. Non enim poſſet princeps bene defendere, & tueri rempublicam, ſi quoties indicit bellum, deberet ſingulis ciuium rationem reddere belli: ſatis eſt ſi optimatum id conſilio faciat.

Ad tertium principale reſpondetur, quod quando vtrinque eſt periculum, qui ſe exponit minori, nihil agit contra doctrinam ſapientis.

In confirmatione latet fallacia. Antecedens enim facile conceditur: videlicet, quod quando ante præceptum prælati ſubditus dubitat de iure, aut de facto: tunc adueniens præceptum prælati (ſi modo probus, & ſapiens ſit, nec agatur de periculo tertij) facit illam partem certam: quia non dubitatur quin prælatus habeat auctoritatem interpretandi ius, & factum in dubio: ſed quæſtio noſtra eſt, quando dubitatur de iure prælati: puta, quando dubium eſt an iuſtum ſit eius præceptum. Et ideo conſequentia non tenet.

QVAE-

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum qui præter ius de ſecreto crimine interrogatur, iure poſſit verborum obſcuritate, & amphibologia interrogantem eludere.

SVMMAE.

1 *Mendacium nulla prorſus de cauſa licitum eſt.*

2 *Ad tegendum ſecretum confeſſionis, licitũ eſt vbiq; ſacerdoti, dum de his interrogatur, quę in confeßione nouit, reſpondere ſe neſcire: nec alia opus habet verborum arte: quia id poteſt in tali caſu citra mendacium reſponderi.*

3 *Qui per iniuriam interrogatur de ſecreto crimine, debet prius, ſi põt, defendere ſe, aut appellando, aut tacendo, oſtendendo in promptu per iniuriam interrogari: ſi modo id facere poſſit abſque eo quod generet vehementẽ ſuſpicionem criminis.*

4 *Teſtis, qui pręter ius de occulto crimine interrogatur, nec ſe poteſt defendere tacendo (ſalua maiorum cenſura) reſpondere poteſt ſe nihil ſcire.*

5 *Reo, cum iniuſte interrogatur de proprio, ſed ſecreto crimine: nec prodeſt reſpõdere ſe neſcire, nec licet negare verum crimen, dicendo: non feci.*

6 *Mendaciũ, quo qui iniuſte interrogatur, negat propriũ crimen, non eſt pernicioſum, ſed offi-*

cioſum: atque adeo ſi fiat ſine iuramento, nunquam eſt mortale, ſed ſolum veniale: ſiue in iudicio interrogetur ſine forma iuris, ſiue extra iudiciū, vt cum adultera interrogatur de adulterio a marito, qui non eſt iudex.

7 *Si verba interrogato nō occurrerint, quib. per æquiuocationem vſu hominum receptam, citra mendacium celare poſſit crimen, mori debet, antequam mentiatur: licebit tamen nonnunquam id reuelare.*

TErtio quæritur, Vtrum qui præter ius de ſecreto crimine interrogatur, iure poſſit verborum obſcuritate, & amphibologia interrogantem eludere.

Ad partem negatiuam arguitur. Mentiri nulla de cā licet, vt late confirmat Aug. ſuper. 5. Pſal. & in lib. de mendacio, quod refertur. 22. q. 2. c. Nequis. & ca. Si quis. Sed q verbis amphibologicis alium decipere intendit, quodammodo mentit: nā mentiri, (vt nomen ſonat) eſt ꝯ mentem ire: qđ ille vr̄ facere, qui aliud quàm ipſe habet iudicium gignere intendit auditori: vnde Aug. lib. contra mendacium, c. 3. Culpa, inquit, mentientis eſt, in enunciando aio ſuo fallē di cupiditas. Ergo illud non licet. Et confirmatur. Veritatis virtus ea eſt, vt ſuam quiſque mentem illis explicet verbis, quæ ſecundum communem vſum talem habent

bent ſignificationem. Nam (vt 26. Moral. inquit Grego. & refertur, 22. q. 5.) humanæ aures talia verba iudicāt, qualia foris ſonāt: diuina vero iudicia talia foris audiūt qualia ex intimis proferunt. Et ſubiūgit, qđ non debet intētio verbis deſeruire, ſed verba intentioni. Ergo verbis obſcuris, & amphibologicis aliū decipere, eſt veritati ꝓriū: atq; adeo vbiq; malū. Obidq; Aug. in lib. de cōflictu vitiorū, qđ hr. 22. q. 2. Nec artificioſo, inquit, mendacio, nec ſimplici verbo oportet quemquā decipere, quia qūolibet mentitur quis, occidit aīam. Et Iſidorus lib. 2. ſent. vt refertur eadem cā. q. 5. Quacūque, inquit, arte verborum quis iurat, Deus tñ, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille cui iuratur, intelligit.

Secūdo principaliter arguitur. Si liceret verborū amphibologia reſpondere ad mētem reſpondentis, ad decipiendū interrogantem: eadem ēt verborum arte liceret iurare: nam quibuſcunque verbis, quæ citra mēdacium licite proferri poſſunt: licet, qñ eſt neceſſarium, adijcere iuramētum: Sed iurare illo modo non licet. Ergo nec citra mendacium aliud decipere. Minor comprobatur ſententia Auguſt. in quodam ſermone, qui ſcribitur. 22. q. 5. cap. Ecce duo. vbi ait. Qui ſuper lapidem iurat falſum,

periurus eſt. Erant .n. qui putabant excuſari a periurio, iurantes per hæc euangelia, ſuperponentes tñ manū, nō libro, ſed lapidi: quem ille qui iurm exigebat, putabat eſſe librum. Dicit ergo Aug. illos eſſe periuros: quia, cū iuras, inquit, non iuras lapidi, ſed proximo, & ante Deū: & quia proximus intelligit te iurare per euangelia, periurus es.

Tertio principaliter arguitur. Decipere alium iure interrogantem, vitium eſt ꝯ veritatem, & fidelitatem: Sed quod eſt cōtra hmōi virtutes, de ſe intrinſece eſt malum. Ergo nulla rōne, nec ad repellendam iniuriam, licet alium decipere. Et poſtremo cōfirmat. Si fas eſſet obſcuris verbis eū fallere, qui contra ius percontatur ſecretum, id etiam eſſet pro libito licitum ſine neceſſitate: vt puta, cum interrogatus poſſet tacēdo, vel appellando, vel alia iuſta via ſecretū celare: quod tamen non eſt facile concedēdum. Ergo neutiquam ius eſt verborum amphibologia quempiam, quamlibet iniuſte percontantem, decipere.

Sed in contrariū eſt, quia vbi quiſpiam iniuria petitur vt ſecretum patefaciat, ius habet quacunq; arte celandi ſecretū, quāuis interrogans æquiuocatione verborum fallat, mō verba aliquem habeant ſenſum, quo citra mendaciū proferri poſſint, vt do-

cet

cet Augu. ſuper Gen. q. 27. & latius contra Fauſtum lib. 22. vbi exponēs illud Abrahæ Gen. 12. Dic obſecro, quòd ſoror mea ſis: aliud eſſe verum celare, aliud vero mētiri.

QVæſtio hæc pcipua eſt in hac materia ſecreti tegēdi: atq; adeo in qua aliorū mallē auſcultare ſententiam, quā meam dicere. At vero, quia rem neceſſariā ſilentio pterire non poſſumus, tentabimus ad quæſtionem ſeptem concluſionibus vtcunque reſpondere. Et quo certa primum omnium ab ambiguis ſeparemus, iaciamus oportet primā hanc concluſionem, qua di-cenda cuncta nitantur. Mendacium nulla prorſus de cauſa licitum eſt. Concluſionē hanc compertiſſimam habet Auguſt. li. de mēdacio. Fuerat enim forte antiquitus philophorum opinio, licitum eſſe mentiri p vita amici ſeruanda, aut pro aliquo id genus grauiſſimo malo vitando: q mendaciū miſericors appellabāt, cuius meminit Plato. 3. de repub & 2. de leg. & Cic. pro Q. Liga. Et aduerſus hunc errorē cōpoſuit Aug. libros illos duos de mendacio 3. & contra mendacium, vbi ait, nec pro vita hoīs, nec (quod multo maius eſt) ad euitandū quodcunq; aliud peccatum, quantumcunq; grauiſſimum, licere vnquam mentiri. Cui perinde ſententiæ Theologi vniuerſi in 3. diſt.

Prima concluſio.

38.vno conſenſu ſubſcribunt. Ratio Aug. & Doctorũ eſt: quia abſolute præceptũ eſt in decalogo, Nõ falsũ dices. & in 5. Pſalm. Perdes oẽs qui loquunt̃ mendaciũ. & Eccli.7. Noli mentiri oẽ mẽdaciũ; Vbi in vniuerſum, nulla cã excepta, prohibet oẽ genus mẽdacij. Quòd ſi quis hæſitans arguerit, inde ſolũ colligi mendaciũ, ſine cã prolatũ, eſſe malum: nihil tñ vetare, quominus aliqua de cã poſſit fieri bonũ: ſicut eccleſiaſticũ ieiunium licite frangitur propter infirmitatẽ, Reſpondetur, quod ratio concluſionis ad intentionem Auguſtini eſt huiuſmodi, vt eſt apud S.Thomam.2.2.q.110.arti.3. Id quod eſt intrinſece, & de genere ſuo malum, nulla de cauſa fieri poteſt, vt ſit bonum: ſicut ignis, quia ſuapte natura eſt calidus, nullatenus fieri põt, vt non ſit calidus. Sed mẽdacium, vt dicit Ariſt. 4. eth.c.7. per ſe improbũ eſt, & vituperabile: quia voces naturæ ordine debent vere ſignificare cõceptus. Ergo mendacium propter nullam cauſam poteſt eſſe licitum. Attamen diſſẽſio eſt inter S.Thomam, & Scotũ, & pleroſque alios, quod S.Thomas hac ratione putat omnia pcepta decalogi adeo eſſe intrinſece bona, vt nec Deus poſſet in illis diſpẽſare: itaq; non poteſt facere, vt mendacium (ſalua ſemper ratione mendacij) ſit bonum

quem-

quemadmodum nec facere poteſt, vt ignis non ſit calefactiuus. Alij vero putant Deũ poſſe diſpenſare, aut in omnibus, aut in aliquibus præceptis decalogi. Quam quidem controuerſiam non eſt præſentis loci dirimere: ſed ſatis eſt hoc eſſe apud omnes con pertiſſimum (quidquid ſit de diſpenſatione diuina) cõi lege nullatenus fas eſſe mentiri. Hoc ergo ſit fundamentum huius quæſtionis, ꝙ ponit S. Th. 2. 2. q. 69. art. 1. Qui ꝑ iniuriã interrogatꝰ, iure põt veritatẽ celare: cũ tñ mendaciũ dicere, nulla rõne licet. Quo fit, vt poſſit vti quibuſcunq; amphibologijs: dummodo poſſint in aliquo vſitato ſenſu citra mendaciũ intelligi: q̃uis interrogans in alio ſenſu decipiatꝰ qa ius eſt cuicunq; repellendi propriã iniuriã, nõ obſtãte alterius detrimento: Hoc habito fundamento, dicẽdum nobis prius eſt de modo tegendi confeſſionem ſacramentalem, vbi minus eſt ambiguitatis, mox de alijs ſecretorum generibus ſecularium.

Secunda conclusio. Sit ergo ſecunda concluſio. Ad tegendũ ſecretum confeſſionis licitum eſt vbiq; ſacerdoti, dum ea interrogatur, q̃ in cõfeſſione nouit, reſpondere ſe neſcire, nec alia opus habet verborũ arte: quia id põt in tali caſu citra mendacium reſponderi. De hac cõcluſione ſatis conuenit inter Doctores

(præter Gabrielem) in 4.diſt.21.tametſi de rõne diſſentiant. Enimuero Ricar.ar.4.q.1. hac vtit rõne. Eadẽ perſona vere affirmare põt aliquid, loquens in perſona alterius, ꝙ vere negat loquens in perſona propria. Angelus. n. loquens Moiſi in perſona Dei, Exo.20. vere dixit, Ego ſum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: ꝙ vere negaſſet ſi loquereẽ in perſona propria: Sed ſacerdos ea, q̃ audiuit in confeſſione, nouit in perſona Dei, & extra confeſſionẽ interrogat, vt perſona propria. Ergo, ꝙ in confeſſione põt affirmare ſe ſcire vt Deus, põt extra confeſſionẽ ſimpliciter dicere ſe neſcire: Hęc vero ratio merito nõ placet Scoto, quia eadẽ diſt. q.2. ſcite arguit aduerſus eã; Aliud. n. eſt quempiam loqui in perſona alterius, id eſt fingendo ſe eſſe alium (ſicut pſona comœdiæ loquitur vice Chremetis, aut Pãphili, cuius perſonã induit: quo modo Angelus de rubo loquebatur in pſona Dei, aliud eſt loqui in perſona alterius, id eſt, auctoritate alterius, quemadmodũ prætor auctoritate quam accepit a Rege, profert ſentẽtiam perinde, ac ſi a Rege pronũciaretur, & ſacerdos in ſacramento cõfeſſionis non agit perſonam Dei primo mõ vt putat Ricardus: ſed ſecundo modo, tamquam miniſter: ſecũdum Illud, Io.20. Acci-

pite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittunt eis: vbi collatum eſt hoc miniſteriū. Ergo quæ audiuit in confeſſione nō ſolum ſcit, vt Deus, primo mō, ſed vt propria perſona, & miniſter Dei.

Et īcđo arguit, argō Scoti. Clauis ſcientiæ ordinat in clauē poteſtatis, ergo quēad modū ſacerdos abſoluit, cognoſcit peccata: ſed in perſona propria dicit, Ego te abſoluo: ſicut in alijs ſacramentis dicit, Ego ta baptizo: aut, Ego te cōſigno. Ergo in perſona propria nouit illa peccata, a quib. abſoluit. Magiſter. n. ſn̄iarum eſt, qui in 4. diſt. 18. opinat, ꝙ ſacerdos nō abſoluit confitētē, ſed oſtendit abſolutū: in quo non tenetur. Immo certe ſacerdos abſoluit, ꝙ vel illo verbo Chriſti exprimit: Quorū remiſeritis. Vnde Chryſ. lib. 3. de Sacerdotio. Sententiam, inquit, Dei, pręcedit ſententia ſacerdotis, & ſentētiam ſacerdotis cōfirmat Deus. Quo noſtri interim pręſtāt ſacerdotibus veteris legis, qui vim non habebant animarum purgatoriam.

Et tertio arguit. Quia ſi ſacerdos loqueretur in pſona Dei, ad ſenſum Ricardi, nō pręmitteret precem illam, Dominus te abſoluat, nec diceret: Auctoritate mihi commiſſa, Ego te abſoluo: nā verba illa in perſona Dei prolata, falſa eſſent. Et poſtremo

confirmatur. Quia ſi vera eſſet opinio Ric. tunc ſacerdos reuelans peccata in genere, dicẽs ſe ſcire multa eſſe peccata in populo aut ſe ſcire conſcientiam Petri, mentiretur (cũ loqueretur in perſona ꝓpria: & tñ non ſcit illa, niſi in pſona Dei.) Sed conſequens eſt falſum: quia ſecũdum Doctores in eadem diſt. illo mõ reuelare peccata, nullum eſt peccatum, ſi fieret ſine ſcandalo. Statim Scotus proſequitur probare, quod nõ licet ſacerdoti reuelare cõfeſſionem, alijs rationibus, quàm Ricardus, quas non eſt præſentis loci recenſere. Sed nihil dicit an liceat ſacerdoti reſpondere; neſcio. Tametſi in 4. diſt. 15. q. 4. ar. 3. id inſinuat licere. At vero Gabriel diſt. 21. ar. 3. ꝓpter argumenta Scoti dicit, ꝙ ſacerdos ſimpliciter ſcit ea, q̃ audiuit in ꝯfeſſione. Vnde colligit, ꝙ interrogatus nec põt reſpõdere: ſcio, nec, neſcio: quia primũ eſſet reuelare ſecretũ ſacri, & ſecundũ eſſet mendaciũ. Et q̃uis ſilentiũ ſacerdotis ſuſpicionẽ faciat interroganti, verũ eſſe id ꝙ interrogat, nihil, inquit, ad ſacerdotẽ: quia ſilentiũ de ſe nõ generat magis illam opinionem, q̃ contrariam: ſed a malitia interrogantis gignitur illa ſuſpicio.

His vero nihil obſtãtibus, primum omnium nõ eſt neganda illa locutio: quod videlicet ſacerdos, quæ audiuit in confeſſione

ne ſcit vt Deus,& nõ vt homo:quippe,quæ non ſolum apud Doctores in 4.diſt. 22. & de pęn.c.Omnis vtriuſque ſexus: ſed apud Pontifices eſt receptiſſima; vt ca. Si ſacerdos.de off.ord.& alibi ſæpe.Sed tamen verba illa non faciunt ſenſum quem putat Ricardus:puta,quod ſcit vt Deus,ſicut angelus loquebatur in rubo: immo ſenſus eſt, quẽ cõprobant rões, quas iã mõ faciebamus:nempe,ꝙ ſcit,vt miniſter auctoritate Dei. At vero nihilominus vera eſt noſtra concluſio:vt puta,ꝙ ſacerdos interrogatus (ſi mõ nihil nouit niſi in cõfeſſione)põt reſpondere ſe neſcire. Et quando nulla eſſet alia rõ,ſatis eſſet auctoritas Theologorũ,& Can. id cõcorditer aſſerentiũ locis citatis: & pſertim Bern.qui ait,Nihil minus ſcio,q̃ ꝙ in cõfeſſione ſcio. & ꝑterea vſus oĩum chriſtianorũ.Voces.n.eo mõ ſignificant, quo recipiũt a populo:populus aũt chriſtianus, dũ audit ſacerdotem iurantem ſe nihil ſcire nihil,intelligit,de his,quę nouit in cõfeſſione:quare verba illa ſolum ſignificant,nihil ſe ſcire extra confeſſionem.

Eſt tamen ſecũda,& quidem propria ratio.Nam ſacerdos ea quæ audiuit in ſacramento:quamquam nouerit,vt particularis perſona,nouit tamen ea in foro,& iudicio Dei: ꝙ quidem Deus voluit eſſe adeo oc-

cultum, vt peccatá illic confeſſa habeantur omnino pro oblitis, ac ſi non fuiſſent: ſecũdũ illud Pſal. 31. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. & Ezech. 18. In quacunque hora ingemuerit peccator, iniquitatũ eius non recordabor. Quare ſacerdos, quemadmodũ Deus, dicens; Ego te abſoluo: promittit habere peccata, ac ſi nunq̃ audiuiſſet: atque adeo in foro exteriori citra mendaciũ poteſt dicere, ſe illa neſcire. Et hic eſt ſenſus illorum verborum; ſacerdos ſcit vt Deus; ideſt; ſcit tamquam miniſter Dei, & ad modum eius. Et confirmatur hæc ratio: In alijs iudicijs, cũ iudex tãquam perſona publica in vno foro, puta eccleſiaſtico, nouit aliquam cauſam, ſi poſtmodum ſit iudex in alio foro, videlicet ſeculari, tunc poteſt dicere ſe nihil nouiſſe de illa cã: intelligit. n. in illo foro.

Scrupulus

Sed tertio arguitur. Sciri, quãuis vulgari ſermone dicatur etiam illud, quod idoneis teſtibus credimus: tamen proprie id ſolum ſcire dicimur, quod mentis firma ratione comprehendimus (verba ſunt Auguſt. 1. retract. c. 14.) & tamen quod aliorum relatione nouimus, profecto non certo cognoſcimus: quia, cũ ſit omnis homo mendax, potuit qui retulit mentiri: quare proprie non dicimur illud ſcire, ſicut loquitur Ariſt. de

ſcien.1.Poſter.Nã ſcientia eſt certa,& euidens cognitio veritatis. Quę diffinitio a iuris ẽt peritis recipit.Bal.n.l.ſcire leges ff.de leg.ſcientia, inquit, eſt infallibilis notitia veritatis.Quo fit,vt quamuis ille qui eſt teſtis ex auditu,multũ faciat aliqñ in iudicio ad coniecturas,vt colligitur ex c.præterea. de teſt.& c.Hoc vř.22.q.5.tñ nunquam abſolute teſtis in iudicio dr̃ rem ſcire, niſi q̃ viſu illam, aut alio ſenſu experimentaliter nouerit,vt hr̃ c.Teſtis.3.q.9.vnde Io.3. Qđ ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur.& 1.Io.1.Quod audiuimus, (ſcilicet ab ipſo ore Chriſti) quod vidimus oculis noſtris, quod ꝑſpeximus,& manus noſtrę contrectauerunt,hoc teſtamur. Et iõ ſub diſiunctione teſtis interrogatur, an ſciuerit,vel audiuerit: quia audire non eſt ſcire. Tunc ſic arguit̃.Sacerdos ea, quæ audiuit in confeſſione,non nouit,niſi relatione illius,qui mentiri poterat.ergo dicens ſe nihil eorũ ſcire,non mentit̃. Et quamuis illa verba poſſent facere ſenſum vulgarem, vt negetur etiam ſcientia ex auditu: ſatis tamen eſt, quod habent vnum veriſſimum ſenſum, vt citra mendacium proferantur.

Et poſtremo arguitur. Si ſacerdoti, dum tyrannice interrogatur, nihil aliud liceret, quã tacere,profecto multum inde ſigillum

detri-

detrimenti pateret. Nam, quamuis qui tacet,nec ait, nec negat:tamen in cōi vſu hominum, cum quis nō negat,crimen cuius negatio in laudem cederet, confiteri vr. Vnde qui tacet in iudicio,hr pro confeſſo, vt l.1.tit.3.li.3.ordinationum.& l.12. & 13. de ordine iud.in pragma. reg. Aliæ rationes communes ſunt,& ſigillo confeſſionis, & ſecularib.ſecretis.Alia ſecretorum genera ſecularium non ſunt,vt puto,tam celatu difficilia, in teſte qui de alieno crimine interrogat̄, quā in reo dū interrogat̄ de proprio. Et iō in hac ſecūda parte huius qōnis dicendum eſt de teſte, & in tertia de reo.

Sed tamen de vtroq; ſtatuitur primum tertia concluſio. Qui per iniuriam interrogatur de ſecreto crimine,debet prius,ſi poteſt,defendere ſe,aut appellando,aut tacendo, oſtendendo in promptu per iniuriam interrogari,vt colligitur ex S.Th.2.2.q.69. artic.1.ſi modo id facere poſſit abſque eo, quod generet vehementem ſuſpicionem criminis: quod tamen iam modo dicebamus non eſſe facile. Probatur: quia legitimus, & iuridicus modus eſt,cum quis per iniuriam interrogatur, non reſpondere:& alia remedia non admittuntur niſi in neceſſitate: puta, quando modus legitimus, graſſante iniuria, non ſufficit.

Quarta

Quarta concluſio. Teſtis, qui præter ius de occulto crimine interrogat, nec ſe põt defendere tacendo (ſalua maiorũ cenſura) reſpondere põt, ſe nihil ſcire. Hanc concluſionẽ non tã habeo cõpertam, quã ſecundam, nec eam volo eſſe tã certã & probatam. Haud enim neſcio Doctores eſſe grauiſſimos, qui cũ certo affiment fas eſſe ſacerdoti dicere, Neſcio: id tñ dubitãt in alijs ſecretis ſecularib. tametſi nec adeo id negent, vt iuniores quidã opinantur. Verba ſunt Gerſonis. alphabeto. 34. Q. Poſtquam enim dixit licere ſacerdoti reſpondere; Nihil ſcio; ſubiungit, Si aũt poſſit ſimiliter in alijs pure ſecretis ita reſpõdere ſine mẽdacio, ego nõ audeo definire: videretur tñ alicui par ratio, vt par verbi intellectus. Hæc Gerſon. Vbi magis alludit ad partẽ affirmatiuã quã ad negatiuã. Et Scot. 4. diſt. 15. q. 4. art. 3. cum admonuiſſet reum iniuſte interrogatum, vt ad modũ iuriſtarũ neget propoſita, vt proponũtur, ſubnectit: Sed nunquid ſi neget, intendens negare ſicut ſacerdos facit de confeſſo, dicens: Nihil mali ſcio: an teneatur pœnitere? Reſponſio. Bonarum mentium eſt culpã agnoſcere, vbi culpa non eſt: & iõ in tali caſu tutum eſt pœnitere. Vbi Scotus certe nõ loquitur de teſte, nec negat ipſum licite poſſe reſponde-

Quarta cõcluſio.

re; Neſcio; ſed loquitur de reo qui negaret ſe feciſſe: de quo adhuc dubitat, & S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 1. nec ait, neç negat: ſed hoc ſolũ dicit, qđ reus iniuſte interrogatus, põt per appellationẽ, vel aliter licite ſubterfugere: mẽdaciũ tñ dicere nõ licet. At vero Adrianus non ignobilis auctor quod li. 11. reſpõdendo ad ſecundũ principale, dicit eſſe licitum in alijs ſecretis reſpondere; Neſcio: ſicut in ſecreto cõfeſſionis: cui cõſentit noſter Syluester, verbo, Mendacium. ſ. 6.

Sed, quidquid ſit de auctoribus, probaẽ concluſio rõne. Et primo, Si qui interrogatur, ſolum id nouerit ex aliorũ relatione, ambigi non põt, quin poſſit ſimpliciter reſpondere ſe neſcire, vt patet ex tertio argumẽ facto ad ſecundam cõcluſionem. Imò non ſolum ſi iniuſte, ſed dum iure, & rõne interrogatur, nullam iniuriam facit, qui reſpondet ſe neſcire quod aliorum relatu nouit, qui mentiri poterant; niſi eſſet res admodum manifeſta. *Si* enim ego negarem me ſcire eſſe Romam; quamuis eã nõ vidi, mentiri iudicarer. Sed ad rem, probaẽ, qđ dum teſtis ſecretum de quo interrogatur, nouit viſu, vel experimẽto cuiuſq; ſenſus, reſpondere poſſit ſe neſcire. Quando quis in iudicio interrogatur veritatem, ſolũ interrogaẽ ſecundum ius: (*nã præter ius nul-*

lus

lus habet iudex prãtem interrogandi:id.n. poſſumus, qđ de iure poſſumus. c. Faciet. 22 q.2.& l.filius.ff.de cond.inſt.)ſed ſecundum ius inquiſitio fieri non põt de occultis, vt expreſſe cauet.ca. Qualiter, & qñ.el primero.de accuſ.Ergo teſtis ſolũ interrogatus, an ſciat aliquid, qđ nõ ſit iure occultum; & per ꝯñs, reſpondens ſe nihil ſcire, non mentit̃, ſi nihil aliud ſciat, quam quod eſt iure occultum. Ad hoc iuniores quidã, aliàs egregie docti, ſuſtinentes ꝯ̃rium, reſpondent, quod in illo ca.citato, ſolum hr̃, quod iudex exigens iur̃m, debet in forma excipere occulta crimina; vt videlicet iurẽt teſtes quidquid ſciunt, exceptis occultis; & tunc manifeſtũ eſt teſtem poſſe citra mendacium reſpõdere ſe nihil ſcire; quia reſpõdet ad intentionẽ iudicis. Si tñ iniquus iudex nihil excipit, ſed petit iur̃o, vt dicãt teſtes quidquid noueri̅t ſimpliciter; tunc eſt qõ, an liceat reſpõdere ſe nihil ſcire. & dicunt iſti non eſſe licitũ; quia verba, vt excuſent̃ a mendacio, debẽt proferri ad intentionem interrogantis; & in tali caſu verbum; Nihil, non habet vnde reſtringat̃; & ideo ſenſus eſt, quòd ille nihil ſcit, nec publicum, nec occultnm, quod eſt mendacium. Hi tamen aut non capiunt, aut diſſimulant vim argumenti. Enimuero, non ſo-

lum iure tenentur iudices inquirentes exceptionem exprimere de occultis, vt late membro ſecundo monſtratū eſt: ſed qn̄ iniquus iudex illam non facit, iure ipſo intelligitur facta: & iō verba; Nihil ſcio; iure ipſo reſtricta ſunt, vt intelligantur de illis criminibus, quæ iuridice poſſunt inquiri, in quibus reuelandis teſtis ſubijcitur tali iudicio. Vnde, licet non reſpondeant ad intentionē iudicis iniquitatis, interrogātis ſine exceptione: reſpondent tn̄ ad illam quā iure deberet habere. Et confirmatur hoc: quia ſi probus iudex, & ſapiēs me interrogaret in vniuerſum quidquid ſcio, optime reſpō derem: Nihil ſcio, quamuis aliquid ſecreto ſcirem: quia conijcerem intentionem ſuam eſſe ſolum interrogare illa quæ iure pōt. Ergo eadem rōne, quando improbus aliquid præter ius interrogat, qui reſpōdet ad intentionem iuris, non mentitur.

Sed quid, ſi in particulari me interrogat vtrum Petrus occidit Ioānem? (quod ego ſolus vidi) vr̄ eſſe mendacium ſi reſpondeam: Neſcio: nam non apparet quomodo illud verbum reſtringatur a iure.

Reſpondet, quod iure poſſum reſpondere; Neſcio: quia iure intelligitur; Neſcio, vt dicā: aut neſcio eo mō, quo iure debeā dicere. Nec hoc eſt tam pulchrum commen-

mentum,quã nonnullí exiſtimant:nã cum voces ſint ſigna eorum,quæ ſunt in aĩa, vt inquit Ariſt.1.Periher.nemo põt reſpõdere niſi illud quod ſcit:& iõ perinde eſt,quẽpiam interrogare de aliquo facto, ac ſi interrogetur quid ſciat de illo facto.Vnde ſicut iniuſte interrogatus quid ſciat de hoc homicidio,põt reſpondere: Nihil:nam iure intelligit;quod debeã dicere:ita interrogatus an Petrus fecit hoc homicidiũ, põt reſpondere;Nihil ſcio:qđ eſt;Nihil debeo dicere. Nec abs re certe adducitur huc illud Mar.13.De illo die nemo ſcit, nec filius hoĩs. Nã, quãuis multifariã a Doctorib. exponatur,vt adnotat S.Th.3.p. q.10.art.2. (Origenes.n.exponit de corpore Xp̃i myſtico:quia eccleſia neſcit illũ diẽ.Alij gloſsãt de Chriſto ſecundũ ſcientiam acquiſitam, ſecundum quam Xp̃s non nouit illũ diẽ: atq; aliter alij.)Tamen profecto germanus ſenſus illius verbi eſt,quod Xp̃s neſcit illũ diem,vt dicat in hac vita:non mõ pp̃ auctoritatem Sanctorum ita exponentium: ſed quia textui nullus alius ſenſus cohæret.Cũ enim Apoſtoli rogaſſent Chriſtum: Dic nobis quando iſta fient, & quod ſignum erit quando hæc omnia incipient:& Chriſtus ad ſecundam partem interrogationis, reſpondiſſet,tradendo ſigna iudicij:ad pri-

mam partē, quaſi reſpōſum negans, ait; De die illo nemo ſcit, nec filius hoīs, i. Nec vobis in hoc tpe expedit ſcire (vt ait Hier. ſuper Matth. c. 24.) nec mihi conuenit dicere (vt ait Aug lib. 1. ſuper Geneſin ꝯ Manichęos) quaſi dicat. Ergo, quatenus redemptor, habeo vos docere q̄ pertinent ad redemptionē, & ad finē redēptionis pertinet, vt ignoretis hunc diem. Ergo tm̄ ualet; filius neſcit; ſicut; filius non debet facere vt ſciatis. Sicut econtrario Gen. 22. Nunc cognoui qđ timeas Deum, tm̄ valet, ſicut; Nunc feci vt cognoſceres. Re uera abſque ſcrupulo affirmauerim hāc 4. concluſionē, quoad me maiores contrarium doceant.

Sed eſt contra illam argumentū. Quando vna pars contradictionis eſt vera, altera eſt falſa, ſed quando quis ſecreto quid ſciuit, uerum eſt ſi dicat; ſcio, ergo falſum eſt ſi dicat; neſcio.

Reſpondetur, quod quoties quis p iniuriā petitur vt reuelet ſecretū; ſiue ſit ſecretū ſacramenti, ſiue aliud ſeculare, reſpōſio negatiua eſt vera, & affirmatiua falſa; quia reſtringitur a iure ſicut negatiua, ſ. Aliquid ſcio, quod debeam dicere. Si tamen ſua ſponte abſq; neceſſitate ſacerdos illas cōtradictorias proferat, tunc ait Durand. 4. diſt. 21. q. 4. quod affirmatiua eſt vera; quia

tunc

tunc non reſtringitur,& negatiua eſt falſa. Sed nihilominus,dicẽs ſe ſcire,peccat reuelando cõfeſſionẽ.Paluda. vero eadẽ diſt. q. 3.ait,quod q̃uis ſua ſponte proferat illas ꝯdictorias,vbiq; affirmatiua eſt falſa,& negatiua vera:quia ſenſus eſt,ſe aliquid ſcire ꝙ debeat dicere,tamquam homo; quod falſum eſt,ſiue compulſus id dicat, ſiue non.

At vero crediderim(cũ ſermo eſt de cognitis ſacramento)negatiuam ſemper eſſe veram,& affirmatiuam falſam, ubicunque proferantur,propter tertium argumentum quod fecimus ad ſecundam concluſionem quia ꝙ notum eſt ſolum de relatione,proprie non dicitur ſciri : nec opus eſt alia reſtrictione.Si tamen ſcire extendatur ad ea quę teſtimonio aliorum nouimus:tunc q̃n ſacrilegus,ſacerdos ſua ſponte reuelat confeſſionem,parum refert quo modo loquamur;nam ſiue affirmatiua ſit vera, ſiue falſa,vtroq; modo eſt graue peccatum reſerare ſigillum. Forte veriſſimilior eſt opinio Petri de Palu. nõ tantum propter rationẽ ſuam;ſed quia ſacerdos non modo quãdo petitur per iniuriam,ſed extra illum caſum poteſt dicere ſe neſcire;quæ audiuit in cõfeſſione.Exempli gratia.Eſt ſacerdos in cõcione,& colloquio,vbi ĩcidit ſermo de illo cuius cõfeſſionẽ audiuit, cuius mores alij

probant,alij reprobant.Poteſt profecto ſa cerdos,& deberet dicere: Nihil mali ſcio de hoīe.Et id non ſolum quando eius ſilen tium ſuſpicionē faceret aliquid ſe ſcire in confeſſione(nam tūc teneretur omnino,) ſed etiā propter comitatem, poſſet hominem illa ratione laudare.Quare tūc etiam negatiua eſt vera,& affirmatiua falſa. At vero nulla,aut neceſſitate,aut vtilitate id exigente, debet ſacerdos temere affirmare ſe nihil ſcire,(quāuis nihil ſciat niſi in confeſſione)quia tunc forte,aut accipit in ſenſu vniuerſali, vt ait Durandus, & ſic erit mendaciū:aut ſaltem verbum erit vanum.

Quod ſi quis arguat.Sequeret̄, ꝙ ſacerdoti nullatenus liceret in gn̄e dicere; ſcio; aliqua eſſe peccata in populo:nā eadē rōne illa affirmatiua eſſet falſa, ſi nō ſciret niſi in cōfeſſione,cōſequens eſt falſū: nā illud citra ſcādalū licitū eſt, quia nō eſt reuelatio cōfeſſionis, nec cōdēnamus ſacerdotē dicentē,ſe ſcire cōſcientiā,& pecata Petri.

Reſpondetur,conſequentiam non valere:quia illa affirmatiua non eſt reuelatio ſacramenti:& ideo accipienda eſt in ſua propria ſignificatione,atque adeo tunc eſt vera.Sed de alijs ſecretis ſecularibus, quādo quis ſua ſpōte reuelat ſecretum,quod proprie ſcit,puta,viſu vel alia experientia, credo

do verum dicit, cum ait, ſe ſcire. Eſt enim alia ratio de ſigillo cōfeſſionis, vbi, cum ſacerdos nihil ſciat niſi vt Deus, quomodocunq; reuelet, vt homo, forte mentit̄. Alia vero ſecreta ſciunt homines vt homines: & ideo dicentes ſe ſcire, verum dicunt (niſi cum vi & iniuria interrogantur) peccant tamen contra ſecretorum fidem.

Sed hoc eſt, quod me dubiū peius torquet. Quid ſi improbiſſimus homo interrogaret teſtem: dic mihi quidquid ſcis de hac re, quātumcunque ſecretum ſit, ne poſſit iure reuelari? Videtur enim tunc reſponderi nō poſſe, neſcio: nam tunc cū alter expreſſe interroget id quod nō debet dicere, nō video quomodo in verbo; neſcio, poſſit ſubintelligi reſtrictio contradictoria: vt dicam: quippe, quæ excluſa eſt ab interrogante. Re vera forte tunc reſponſio illa: neſcio; non careret mendacio. Sed eſſet ſic interrogans obiurgandus, tamq̃ indignus, cui aliquod reſponſum redderet: tametſi forſan ēt tunc à iure reſtringitur reſpōſio: qd qd malitia interrogātis verbis expreſſerit. *Dubium.*

Attamen, ſuperſunt ex his cōcluſionib. dubia nonnulla. Primum. Quid, ſi tyrānus non ſatis habet vt ſacerdos dicat ſe neſcire ſed vrget vt dicat an audierit? *Dubium.*

Reſpondetur, quod poteſt vere reſpōde-

re ſe non audiſſe; primo, quia chriſtianus populus nihil intelligit ꝑ illa verba de his quæ audiuit in confeſſione:& prçterea, qa id non audiuit niſi tamquã Deus, vt habeat tunc pro oblito, ac ſi nõ eſſet dictum. Sed quid, ſi percontetur, an audierit in ſacro cõfeſſionis; vtrũ licite poſſit negare ſe audijſſe: nam dicere, neſcio; nihil iuuabit: maxime dum eſt veriſimile non fuiſſe oblitum.

Hactenus opinionem ſecutus cõmunẽ reſpondebam inter legendum, licitum eſſe ſacerdoti dicere, ſe non audiuiſſe in cõfeſſione: ſed re modo oculatius inſpecta, veri ſimilius mihi videor aliter ſentire. Et probatur id non licere. Primo: quia quamuis in illo verbo, non audiui; commode poſſit intelligi reſtrictio; extra cõfeſſionẽ: in hoc tñ, nihil audiui in confeſſione: incongrue profecto admodũ intelligi põt: eo ꝙ interrogans explicat ꝓrium, ſ. an audiuit in confeſſione. Et ideo non excuſatur a mendacio: quemadmodũ non excuſaretur, ſi diceret: nihil audiui, nec tamquã Deus, nec tamquã homo. Et cũ nec ꝑꝑ ſigillũ confeſſionis mentiri permittatᷣ, fit vt illud reſponſum non ſit licitũ. Scđo probatᷣ tale reſpõſum nunquam eſſe neceſſarium. Sigillũ.n. confeſſionis adeo dẽt eſſe ſanctum, vt non ſolum nõ affirmemus quæ ill... audiuimus

ſed

ſed nec negemus quæ illic nõ audiuimus. Vnde ſi ſacerdos inductus in teſtem inter rogetur, an pęnitens fecerit homicidium: quamuis ille fuerit innocẽs, nec crimẽ fuerit cõfeſſus, non debet ſacerdos dicere: nũquam hoc audiui in confeſſione: quia quãuis illud ſit verum, nec ſit reuelatio ſigilli, q̃ cauetur in iure: eſt tamen quædam cõtaminatio ſacramenti, nec põt eſſe ſine ſcandalo. Secus ſi poſt mortem dicat cõfeſſor: Numquam talis cõfeſſus eſt mihi peccatũ mortale, quod etiam rariſſime fieri debet. Ergo ſi impudẽtiſſimus tyrannus roget ſacerdotem, an hoc audiuiſti in confeſſione quantum Deus? Hoc illi reſpõſo exprobãdum eſt verbũ: Sacrilege, hęc eſt ſacramẽti religio, vt nec ſi pęnitens mihi dixiſſet, affirmare poſſem, nec ſi non dixiſſet, negare deberem: nec affirmatio, nec negatio mea poteſt tibi facere fidem: quare neutrã a me reſponſionem expectes. Quæ quidem verba, nullam profecto de ſe ſuſpicionẽ generant, verum ne ſit quod interrogatur. At nõ contẽdo renuere, quin dato caſu quo nõ poſſit aliter celari ſigillũ, liceat reſpõdere: non audiui in confeſſione; quia vniuerſo populo receptum eſt, vt verba illa excuſent a mendacio. Sed credo numquam eſſe neceſſarium: atque adeo difficile poſſe excuſa-

cuſari a mendacio. Sed tamen ſi tyrannus interrogaret ſacerdotē, an Petrus occidit Ioannem (ꝙ ſacerdos nouit in confeſſione)nec eſſet contentus illa reſponſione;ne ſcio:tunc Adrianus in 4.q. de ſigillo. dicit, quod ſicut poteſt reſpōdere ſe nō audiuiſſe in confeſſione:ita poteſt reſpondere, ꝙ Petrus nō occidit.Sed reuera in hoc nulla prorſus eſt apparentia. Primo, quia in illo verbo;Petrus nō occidit;nullus poteſt ſub intelligi modus,qui illud excuſet a mēdacio.Ineptiſſima.n.interpretatio eſſet: non occidit,vt dicā:quia facta non habēt ordinē immediatū ad hoc,ꝙ eſt dicere,ſicut,ſcire,& alia verba ſenſationū.Et pterea, quia illa reſponſio nunquā eſt neceſſaria.Pōt.n. conuinci tyrannus non ſolū hoc reſpōſo, ꝙ nō dicebamus,ſed pōt adhuc addere ſacerdos:Quomodo poſſum dicere Petrum occidiſſe,cū id neſciā? Nā quamq̄ id mihi eſſet cōfeſſus,forſan eſſet mentitus: & quā quam tacuiſſet,forſan voluit celari,& ficte confiteri.Et hæc de ſacerdote.

Dubium. Alterum dubium eſt de alijs ſecularib. ſecretis, Vtrum qui iniuſte interrogat de ſecreto,& poſtquam reſpondet,ſe neſcire, adhuc vrgetur,vt reſpōdeat ſimpliciter, an Petrus occidit Ioannem,affirmādo, vel negando:vel,an vidit homicidium fieri , an

audi-

audiuit:vtrum(inquam) liceat reſpõdere, non vidi,nec audiui,aut;Petrus non occidit? Aliquãdo in lectionibus noſtris excogitauimus modũ,quo teſtis abunde ſe poſſet protegere. Dicebamus enim, quod quẽadmodum licet tũc teſti dicere ſe neſcire, ita licet ei negare oĩa verba ſenſum,quæ ꝑtinet ad ſcientiam: vt puta dicere, qđ nec vidit,nec audiuit,nec eſt memor:quia hęc omnia verba explicant quodam mõ ſcientiam:& ideo videntur poſſe eodem modo reſtringi;(nec vidi,nec audiui,vt dicã.Et ſi hæc reſponſio ſaluaret a mendacio, profecto,ſufficientiſſima eſſet ad celandũ ſecretũ alienũ.Nã tunc cũ teſtis iniuſte interrogaret an Petrus occidit:poſſet reſpondere quod nec audiuit, nec vidit, nec omnino ſcit:& ꝙ neſcit:nec affirmare poteſt, nec negare.At vero iam mõ vereor rẽ adeo extendere:nec ſum tã certus an in verbis: nõ vidi,non audiui;poſſit apte ſubintelligi,vt dicã;ſicut in verbo;neſcio.Nec forſan ego ita reſponderem:ſed tamen nec eum prorſus condemnarem qui ita reſponderet.

Tertia & poſtrema pars huius queſtionis ad reum ſpectat, quem non eſt tam facile inſtruere, vt circa mẽdacium ſe protegat. De quo ſtatuitur quinta cõcluſio.Reo, cũ iniuſte interrogatur de ꝓprio,ſed ſecreto, *Quinta cõcluſio.*

crimi-

crimine,nec prodeſt reſpõdere, ſe neſcire: nec licet negare verum crimen,dicẽdo; nõ feci. Prima pars eſt manifeſta : nam ridicula eẽt reſpõſio, ſi homo diceret ſe neſcire, dũ interrogat̃ de ꝓprio opere: nẽpe, cuius non eſt veriſimile ſe eſſe oblitũ. Secundæ vero parti cõcluſionis non cõſentiunt oẽs doctores. Immo Adrianus in 4. in q.de ſigillo.in ſol.2.arg.q̃uis loquatur de ſacerdote producto in teſtẽ; interſerit tñ generaliter,quod reus iniuſte adiuratus de crimine quod iure eſt occultũ; quia non tenetur ſe metipſum prodere,põt ſm oẽs doctores reſpondere, quod nihil de facto illo nouit, vel certe quod nõ fecit. Hæc Adrianus. Veruntamen neſcio qui ſint illi omnes doctores, fateor me nullum legiſſe. Sunt qui impingant Scoto, quod licet adulteræ, cũ iniuſte interrogat̃ a marito de adulterio ſub comminatione mortis, reſpondere ſe non eſſe adulteram, quod tamen nuſquam legi apud Scotũ. Immo vero Scotus in 4. diſt. 15.q.4.ar.3. vbi loquitur de reo iniuſte interrogato, admonet vt reſpondeat his verbis; Nego propoſita vt proponuntur, vt iure publica. Quod ſi iudex vrgeat eũ vt conſiteatur propoſitum, vel vt neget, reſpondere poſſet, q̃d ipſe reſpondit ſufficientet ad accuſationem. Hæc Scotus. Vbi non con-

cedit

ced t licentiā dicendi; non feci; ſed; nego propoſita vt proponunt. Subiūgit tñ; Sed nunquid ſi neget, intēdens illud negare vt propoſitū eſt, ſcilicet, vt publicum, tenet ille pęnitére tanquam de mendacio? Reſpōdeo. Bonarū mentiū eſt culpā agnoſcere, vbi culpa non eſt, & iō tutum eſt tunc pęnitere de illo quale eſt, ſub dubio an ſit veniale, vel mortale. Hæc Scotus. Vbi ſub dubio relinquit an liceat dicere; non feci; & magis inclinat in partē negatiuam. At vero, quidquid ſit in aliorum opinione; nulla mihi tamen vel apparenti rōne, perſuadere poſſum, vt liceat occulto peccatori iniuſte interrogato dicere; non feci. Nec video quō poſſit illud excuſari a mendacio, nam maxime, quia ſubintelligitur; non feci vt dicam. Sed profectò ſenſus ille violentiſſimus eſt, etenim quia; dicere; procedit ex ſcientia, in verbo neſcio; pōt ſubintelligi; vt dicam, ideſt, non ſcio tali ſcientia, quæ iure ſit propalanda; attamen opus non habet talem ordinem ad ſermonem.

Sed eis forte alia rōne poſſe illud verbū excuſari a mendacio, per æquiuocationē temporis. Vt ſi adultera admiſit amicum heri, poſſit modo iurare non feciſſe adulterium; vt ſubintelligatur; hodie, quemadmodum Angel. de Peruſio ſuper. l. Idem

ff. de

ff.de cond.ob turpem cām.& Anan.c.Qui cum fure.extra de furtis.referunt de beato Franciſco, qđ cum Peruſij rogaret a ptore perſequente criminoſum quendā,an vidiſſet eũ tranſire,reſpondit;nō tranſiuit hac: ſinũ veſtis inſinuans.Sed re vera cōmentũ hoc minus placet.Nā,etſi qui iniuſte interrogat, non teneatur reſpondere ad intentionēinterrogantis:tenetur tñ eis verbis ſecretũ celare, quæ in aliquo ſenſu recepto apud vulgus, vel apud ſapientes ſint vera: aliàs mentitur,quod neutiquam licet. Et certe oratio;non feci; facit ſenſum vniuerſalem; nunquam feci:& non tranſiuit hac, refertur ad illum locum de quo alter interrogat. Atqui diuus Franciſcus forſan, aut falſo circunfertur vt auctor illius reſponſi, aut putauit vir ſanctiſſimus id eſſe licitum. Alium commemorat diuus Aug. ſanctum epm,Firmum noīe:firmiorem(inquit)voluntate: qui, cum ab eo quærerent apparitores, quem ad ſe confugientem occultauerat,hoc ſolum reſpondit; nec mentiri ſe poſſe,nec hoīem prodere:multaque paſſus tormenta in ſententia permanſit. Qui nimirum patientia indulgentiam ab Imperatore homini calamitoſo impetrauit.

Sexta concluſio.

Sexta concluſio.Mendaciũ, quo qui iniuſte interrogatur,negat proprium crimē,

non

non eſt pernicioſum, ſed officioſum: atq; adeo, ſi fiat ſine iurō, nunquam eſt mortale, ſed ſolum veniale: ſiue in iudicio interrogēt, ſine forma iuris: ſiue extra iudiciū, vt cum adultera interrogatur de adulterio a marito, qui non eſt iudex. Probatur. Nam qui ſic mentitur, nemini facit iniuriam: immo ipſe eſt qui iniuriam patitur.

At vero, cum nec venialiter peccare quoquomodo liceat, quid facturus eſt miſer homo, qui contra omne ius interrogatur de ſecretiſſimo proprio crimine?

Reſpondet ſeptima cōcluſione. Si verba non occurrerint, quib. per æquiuocationē, vſu hoīum receptā, citra mendaciū celare poſſit crimen, mori debet, antequā mētiatur: licebit tñ nonnunquā id reuelare, vt videbitur q. ſeq. Interim tamen, ſi percunctetur quis, quib. amphibologijs poterit ſe miſer tueri, non poſſumus illas ſingillatim colligere: ſed pro ſua quiſq; peritia & prudentia illas poterit excogitare. Poſſet, v.g. occultus homicida ꝯ ius interrogatus, reſpōdere; Iuro me neminem occidiſſe: nam illa oratio latine amphibologica eſt: & ſi primus accuſatiuus accipiatur paſſiue, & ſecūdus actiue, eſt vera. Quemadmodum Pyrrho reſpondiſſe fertur Apollo; Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. Atqui

Septima concluſio.

poſſet

poſſet adultera, cũ adulteriũ percontat̃ maritus, reſpondere: Quid proderit mihi iurare nõ fregiſſe fidẽ? aut quo modo dabis fidem dictis eius, quã non credis ſeruaſſe fidem thori? Itẽ, poſſet iurare ſe non fregiſſe mrĩmonium (nã poſt adulteriũ adhuc manet integrũ mrĩmonium) quãuis maritus intelligat non fregiſſe fidem thori. Poſſet item mulier, quæ nupſit conſobrino, ſi ab apparitore iniuſte interrogat̃, an maritus intrauit domũ, reſpondere neminẽ intraſſe præter conſobrinum ſuũ. Quemadmodũ Sara celauit eſſe vxorẽ Abrahæ, dicens ſe eſſe ſororem. Crediderunt.n. Aegyptij nõ poſſe ſororẽ nupſiſſe fratri. Attamen inutiles iam modo ſunt huiuſmodi reſponſiones: tanta eſt interrogantium verſutia.

Sed vtrum poſſet homo, vt celet ſe iniuſte quæſitũ, dum interrogat̃ an ſit ipſe ex fratrib minor, iurare ſe eſſe maiorem: cum tamen ſit natu minor, ſed qui ſuccedit in primogenitura paternę domus? Et vr̃ quod ſic. Imò quod poſſet iurare ſe eſſe Petrum, cum tamen non ſit niſi frater eius. Nam hac ratione excuſat Auguſtinus Iacob a mendacio, dicentem ſe eſſe Eſau.

Reſpondet̃ qđ non auderem hoc admittere. Quia, aut non eſt adeo certum Iacob non fuiſſe mentitum: aut id reſpondit inſpira-

ſpiratione diuina, aut (qđ puto ſentit Auguſtinus) ſermones illi erant apud gentē illā vſitati in illa ſignificatione, vt citra mendacium poſſent proferri. Vnde Gregorius, vt refertur, 22. q. 2. Si quis, inquit, per vetus teſtamentū, ſuū vult tueri mendacium; quia minus illic quibuſdam fortaſſe nocuerit, dicat neceſſe eſt, rerum alienarum raptū, retributionem iniuriæ, quæ infirmis illic conceſſa ſunt, ſibi nocere non poſſe.

At, nūquid ſi quis interrogat vt teſtis, an vidit Petrū fugientē, vel, tanquā reus, an occidit Petrū, poterit reſpōdere, non vidi Petrū, aut; non occidi Petrū; quem tū occulte occidit? Videtur. n. id licere, nec eſſe mēdacium, nā, vt ſcripſimus in dialecticis, nomina ſingularia æquiuoce ſignificant; & iō pōt reſpondens ſubintelligere alium Petrum, quem non occidit, aut quem non vidit, quemadmodū dicunt dialectici has non contradicere: Canis eſt in mari: Non eſt canis in mari, & vtranque eſſe veram, eo quod ſubiectum accipitur æquiuoce.

Reſpondetur, quod non eſſet ſine mēdacio hmōi reſponſio. Nam ſecundum receptiſſimum vſum omniū, affirmatio & negatio in nominibus his proprijs pro eodē accipiuntur, ac ſi non eſſet niſi vnus, qui nuncuparetur illo nomine. Vt ſi me per-

contante, an Petrũ videris, reſpōdeas; non; negatio ad eum refertur, quem ego quæro: nec alium pōt ſenſum admittere. Sed immenſum opus eſſet per ſingula diſcurrere: prudentis erit ex his cætera perpendere.

Sed inſtas adhuc preſſius, quid faciet miſer homo, qui mortē comminante tyranno, niſi verũ fateatur, non habet qua ſe amphibologia protegat? Aut adultera, quā maritus nudo gladio petit fateri adulteriũ, vt iuret an adulterium fecerit?

Reſpondetur, quod plures ſunt hoïes, nequitiæ, & violentiæ, quam vt poſſit omnibus obuiam iri; ob idque in tali caſu mori opus eſt, quemadmodum ſi tyrannus mihi comminaretur mortem, niſi peierarem, aut leuiſſime mentirer, mortem prius deberem oppetere, quàm mentiri.

Ad primum argm̃ principale, conceſſa priori p̄miſſa: puta, nunquā eſſe licitũ mendaciũ, negat̄ ſecunda. Nec. n. ſat eſt ad integrā rõnem mendacii, fallēdi cupiditas, niſi oratio ſit falſa. Eſt. n. mendaciũ, vt inquit illic Auguſtinus, falſa ſignificatio cũ volũtate fallendi: mō qui amphibologia eũ fallit, qui iniuſte interrogat, in aliquo ſenſu verũ profert, quo excuſatur a mendacio. Neq; tunc venit contra mentē; quia id in aliquo ſenſu profert quod habet in mente quamuis

uis alius aliud cõcipiat. Atqui, eodẽ mõ reſpondet ad confirmationem, qđ qñ homo interrogatur abſq; iniuria, ſimplr & candide reſpõdere debet: puta, verbis quib. interrogans non decipiatur. Sed qñ vi & iniuria petitur, quia licet ei veritatem celare: nihil agit ꝯ virtutem, prõferendo æquiuocũ verbum: quia eiuſmodi reſpondenti præcipua intentiõ non eſt fallendi, ſed ius ſuũ ſeruãdi. Dicta vero Sanctorum eo tendunt, vt prohibeant reſpõſa ꝑ verba, quæ nullũ poſſunt facere verum ſenſum, ſecundũ ſignificationẽ vſu receptã: quippe, quæ non poſſent a mendacio vlla ratione excuſari.

Et eadem rõne reſpondetur ad ſecundũ principale. Qui enim per lapidem iurat falſum, non excuſatur a mendacio, poſtquã falſum eſt quod iurat, nec a periurio, nam cum enunciet ſe iurare per euangelia: quãuis ponat manum in lapide, tamen omnes intelligunt ſe iurare per euangelia, nec poſſunt aliud intelligere.

Ad tertium reſpondetur, quod quamuis mendacium, ideſt, falſum dicere cum intẽtione fallendi, eatenus ſit intrinſece malũ, vt nulla de cã iuſte fieri poſſet: tamen decipere non eſt adeo de ſe malum, quin per amphibologiam liceat, ad repellendum iniuriam. Vnde ſubſequitur ſolutio confir-

mationis. Nam citra neceſſitatem non licet vti hmõi amphibologijs: non quod eſſent mendacia, ſed quod hoĩum conuictus & ſocietas id expoſcat, vt homines vſitatioribus, atque perſpicacioribus verbis in ſerijs vtantur: ne ſe fallant; niſi ioco, in ridiculis, vt auctor eſt Ariſt. 4. Eth.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum vſque adeo obligemur ad ſecretorum fidem, vt teneamur nonnunquam mortem prius oppotere, quàm ſecretũ detegere.

SVMMÆ.

1 *Sigillum ſacramenti confeſſionis adeò ſanctum eſt, tantòque vinculo ligat, vt mors ſit prius obeunda, quàm modo aliquo reueletur.*

2 *Omne peccatum detectum in confeſſione, dummodo ſit confeſſio, clauditur ſub ſigillo; ſiue præſens, ſiue futurum: ſiue qui confitetur vere pęniteat, ſiue non.*

3 *Non ſolum peccata omnia tam venialia, quam mortalia, verũ & qualitates vniuerſę circunſtantes, quę notitiam pęnitentis quoquo modo ſuggerere poßunt, directe concluduntur ſigillo, atque adeo ſub pœna mortalis culpę celanda ſunt; ſiue illa fuerint de neceßitate confeſſio-*

feſſionis, ſiue ex leuitate pœnitens prolata.

4 *Quamuis ſolus ſacerdos propriè teneatur cuſto- dire ſigillum ſub pœnis a Canone decretis: ta- men multi alij tenentur ſeruare ſecretum con- feſſionis, etiam non obſtante periculo mortis.*

5 *Nulla prorſus de cauſa fas eſt ſigillum confeſ- ſionis aperire.*

6 *Qui locum tenent, & officium publicum, tenen- tur ex genere rei fidem ſeruare ſecreti, ſi opus fuerit, cum diſpendio vitę, vt ſunt ſenatores, conſiliarij, ſcribę, alijque id genus.*

7 *Qui iniuria, hominis ſecretum expreſſit, tenetur illud, ſi res ſit magni mumenti, etiā in mortis diſcrimine contegere.*

8 *Nemo tenetur ſecretum quod fide recepit ſer- uare cum diſpendio vitæ, aut alia grandi ia- ctura honoris, aliorumue bonorum.*

9 *Quando quis caſu nouit alienum ſecretū, quàm- uis tenetur illud contegere, etiam ſub peccato mortali, ſi res eſt tanti momenti: tamen non te- netur grauia pati, vt illud celet.*

10 *Nemo tenetur mortem pati, aut immania tor- menta, vt proprium crimen abſcondat.*

QVarto quæritur, Vtrum vſq; adeo ob- ligemur ad ſecretorum fidem, vt te- neamur nonnunquam mortem prius oppetere, quàm ſecretum detegere.

Ad partem negatiuam arguitur. Reuela- re ſecretum, vt ſupra dictum eſt, ex genere

ſuo non eſt niſi damnum, & iactura famæ, quę violatur proditione criminis: Sed vita bonũ eſt multo pretioſius,q̃ fama: nã pellẽ pro pelle, & cuncta q̃ habet homo, dabit ꝓ anima ſua, Iob. 2. Ergo ſi alterius eorũ iactura faciẽda eſt, potius debemus famã, vel ꝓpriã, vel alienã abijcere, q̃ propriã vitã. Cõfitmat: Quia, vt frequenter ſolemus repetere, iugũ Dñi ſuaue eſt, & onus leue, Matth. 11. Sed cũ terribiliũ teribiliſſimũ ſit mors, vt eſt in. 3. Eth. grauiſſimũ eſſet præceptũ, vt alienam famam diſpẽdio vitæ protegere aſtringeremur. Ergo nemo ad id obligat̃.

Secũdò principaliter arguitur. Si teneremur fidem ſecreti ſeruare cũ periculo mortis, id maxime eſſet: qa propalare ſecretum eſt ita intrinſece malum, vt nulla rõne poſſit eſſe iuſtum: quale eſt, occidere, fornicari, mẽtiri: Sed hoc falſum eſt: nam reuelare ſecretum multis de cauſſis iuſtum eſt, puta, ad obuiandum communi malo, & cauſa fratris corripiendi, vt ſecundo membro dictum eſt: Ergo & cauſa defendendę vitæ, q̃ in bonis temporalibus ſummũ eſt, id etiã licebit. Et confirmatur. Nam in operibus charitatis nullus tenetur prouidere proximo cum graui detrimento proprio: immo nec ſeruare promiſſum, quod eleganter tractat Cicero lib. 1. de off. Si conſtitueris, in-

quit,

quit,te cuipiam aduocatum,in rem pręſentem eſſe venturum,atque interim grauiter ęgrotare filius cœperit,nõ eſt contra officium nõ facere quod dixeris. Ergo quamquàm fidem quis ſecreti promiſerit,non tenetur cum diſpendio vitæ ſeruare.

Tertio principaliter arguitur. Cuicunq; integrum eſt,& liberum,proprium crimẽ, aliàs occultũ detegere,vt vitam ſeruet: nã poteſt quis dare famã pro vita, vt diximus, quæſtio.3.membri primi.Ergo facilius poteſt quis anteponere vitam propriam famæ alienę:atq; adeo nunquam tenetur homo mortem obire,vt ſecretum contegat.

In contrarium eſt:quia tenẽtur chriſtiani pro fide,pro religione,& pro bono pub. mortem oppetere.Ergo ſacerdos, antequã ſigillum reſeret cõfeſſionis (quæ ſacrilega eſſet ſacramenti contaminatio) mortem perpeti debet: & cui arcanum publicum committitur,eadem fere lege tenetur.

IN hac quæſtione quarta huius membri, atque adeo totius operis poſtrema,dicere tandem reſtat,quid facturus eſt miſer homo,cum vi & iniuria petitur reuelare ſecretum, nec ſe poteſt citra mẽdacium defendere,an debeat prius mori,quam ſecretum detegere.Sed ſunt forte,qui quęſtionẽ hãc ſuperuacuam iudicabunt. Nam ſi ſecretũ

celare, ius eſt naturale, diuinum, & humanum, vt ſupra cõmonſtrauimus: atq; adeo ſecretũ reuelare, ſit ſuapte natura vitiũ; ambigitq; nemo mortem eſſe potius oppetendũ, q̃ reuelet arcanũ. Eſt.n. doctrina Ariſt. 3. eth. ſumma cuiq; tormenta, mortemq; ipſam obeundam, anteq̃ inhoneſtũ quid admittat: immo documentũ eſt Pauli, Ro. 3. iuſtã eſſe damnationẽ eorũ, qui faciunt mala, vt inde veniãt bona. His veruntamẽ reſpondemus, q̃ q̃uis dubiũ non ſit, immo p ſe ſit manifeſtũ, non eſſe licitũ peccare, nec pro vita, nec pp aliũ quẽcunq; finẽ. (nã eſt cõtradictionis implicatio, eſſe aliquid licitum quando eſt peccatũ) hoc tamen eſt ſub iudice in quæſtione noſtra, an ſit peccatum reuelare ſecretum, quãdo quis nõ põt id contegere niſi cum diſpẽdio vitæ. Et quidem, ſi illud eſſet eo modo intrinſece malum, ſicut periurium, aut adulterium, nulla eſſet quæſtio id non licere: ſed quia nõ eſt adeo malum, quin pro iuſta cauſa illud liceat, vt inſinuauimus in tertio argumento quæſtio eſt, vtrum adeo obligemur ſecreta celare; vt antequã reuelemus, moriamur. Atqui, vt ſecunda, & tertia. q. primi mẽbri attigimus, ſex ſunt ſecretorum gradus, quę varias, & diuerſas habent conſiderationes: ob idque decem cõcluſionibus reſpondebimus

bimus ad quæſtionẽ Secretorũ:n. aliud eſt alienũ,aliud verò ꝓpriũ:& ex alienis aliud pertinet ad religionẽ ſigilli confeſſionis, aliud vero eſt ſeculare:& ex ſecularib. aliud pertinet ab bonũ publicũ,aliud ad priuatũ & ex priuatis, aliud extortũ eſt per iniuriã, atq; aliud citra iniuriam cognitum: & ex his aliud recipitur data fide,velut in depoſito:& aliud forte,& caſu cognoſcitur.

Prima cõcluſio. Prima cõcluſio ſit de ſecreto confeſſionis. Sigillum ſacramenti confeſſionis adeo ſanctum eſt,tantoq; vinculo ligat,vt mors ſit prius obeunda,quàm modo aliquo reueletur. Cõcluſio hæc ſupponit primum,arctiſſimum eſſe pręceptum ſigilli ſeruandi; quod partim probatum eſt.q.2.memb. 1. Vbi mõſtrauimus fidem generaliter ſecretorum,iure naturali,diuino,& humano eſſe in ꝑcepto:primo ex cõditione vitiorum, quæ ſuapte natura digna ſunt,quæ cõtegãtur, quemadmodum virtutes dignæ cõtra ſunt,quæ palàm fiant. Et ſecũdo,rõne charitatis:nam quæ nobis optamus, & alijs ꝑſtare tenemur:& vnuſquiſq; id rõne optat, vt quod commiſit ſecretum,ſecrato cuſtodiatur. Et tertio, ratione finis: nam fide ſecretorum de medio ſublata,ceſſarent commoditates plurimæ amicitiæ:vt puta, conſilia, & ſolatia, q̃ amici ab amicis ſecreto

petunt. Quæ quidem rationes, & aliæ quas illic tractauimus, multo efficacius comprobant ſigillũ ſacri confeſſionis, q̃ ſecretorũ fidẽ ſeculariũ. Sed eſt p̃terea ius diuinum ſpeciale de ſigillo confeſſionis. Qui.n.finẽ præcipit, iubet & neceſſaria media: ſed Xp̃s ſeruator noſter Io.20.inſtituit ſacrum confeſſionis ſub p̃cepto, vbi ait; Accipite Spiritũ ſanctũ: quorũ remiſeritis peccata, remittunt eis: & quorũ retinueritis, retẽta erũt: & ſigillum eſt neceſſarium medium, nẽpe ſine quo homines a confeſſione deterrerẽtur, ergo ſimul iuſſit, & vniuerſos confiteri, & ſacerdotẽ ſecretum tenere. Non.n.dedit illic ſolum ſacerdoti poteſtatem dimittendi, relinquens hominum arbitrio, ſi vellent, confiteri; ſed certe dedit eccleſię coercitiuam poteſtatem iudicandi de peccatis; quemadmodum ſi rex mitteret prætorẽ in vrbem, qui ciuium errata, aut condonaret, aut pro ſua prudentia puniret: ſed de hoc aliàs. Neque eccleſia capitu. Omnis vtriuſque ſexus. aliud fecit, quàm vtrunque præceptum diuinũ determinare, ſane vt ſinguli ſannis confiteremur, & ſacerdotes ſigillum confeſſionis arctiſſime ſeruarent. Atqui hoc eſt quod S. Thomas in 4.diſt. 21.q. 3.ait, ſigillum ſecreti eſſe de neceſſitate cõfeſſionis. Nõ enim intelligit eſſe de ſubſtã-
tia,

tia,tamq̃ materia & forma:neq; ita de neceſſitate,vt ſi ſacerdos reſeraret ſigiliũ, nullũ eſſet ſacrm̃ p̃cedens:ſed ita,vt naturę ſacri expediat ſigillũ:nẽpe, ſine quo præceptũ confeſſionis ſuſtineri non poſſit.Et p̃bat.S. Tho. nã q̃ exterius gerunt in ſacris, ſunt ſigna rerũ,quæ interius contingunt: & iõ confeſſio illa quæ fit ſacerdoti, eſt ſignũ ꝙ pœnitens confitetur Deo: quare ſicut Deus ita cõtegit peccata,vt habeantur pro oblitis(quod dictũ eſt quæſtione proxima)idẽ obligat facere ſacerdos.Nec obſtat argm̃ Duran.4,diſt.21,q.4. vertentis sẽſum.S.Thomæ,Non enim ſentit S. Tho.ꝙ celatio ſacerdotis repręsẽtet aliquid quod interius continetur, tamq̃ effectum ſacramenti,veluti abſolutio repręſentat remiſſionem peccatorum:ſed vult quod quemadmodum in foro interiori celãtur a Deo, hoc ſignificetur per ſecretum ſacerdotis. Deus enim,nec in die iudicij reuelabit peccata remiſſa ad confeſſionem:ſed ad commendationem,& gloriam pęnitentium.

Ex quo ſequitur,quod nec Papa,nec tota eccleſia põt diſpenſare,vt reueletur ſigillum confeſſionis:non ſolum quia eccleſia in his,quæ ſunt de iure diuino(quale eſt ſigillũ)facultatẽ non habet diſpenſandi: ſed ſpecialiter,quia multo minus poteſt ſacra-

men-

mentorum naturam mutare:& naturæ con feſſionis neceſſariũ eſt ſigillũ,mõ iã expoſito: Etenim,ſquis ſublato ſigillo, nihilominus confeſſio eſſet ſacrm:tñ eſſet tunc intolerabile præceptũ confeſſionis. Suppoſito ergo pcepto, probat illud obligare et cũ diſpendio vitæ. Media penſanda ſunt ex conditione,& neceſſitate finis : finis aũt ſigilli ſeruandi eſt neceſſitas ſacri cõfeſſionis: vñ de profecto ſalus chriſtianorũ pendet(Sublato.n.de medio ſacramento confeſſionis omnia plena eſſent iniquitatibus ; atque adeo religio chriſtiana perditum iret: quæ res multo maioris momenti eſt,quam temporalis vita.) Ergo ſigillum confeſſionis adeo eſt neceſſarium,vt pro eius obſeruatione vita ſit poſtponenda. Et cõfirmatur. Sacerdoti,qui ſigillum reſerat(quia pęna capitis ſacerdotes plecti non poſſunt) decretũ eſt prius perpetuum exilium,cap.Sacerdos de pę.diſt.6.& poſtmodũ mutatum eſt in carcerem perpetuum,ca.Omnis vtriuſque ſexus.de pęn.& remiſ quorum vtrumque proximũ eſt morti.l.2.& l.capitalium ff.de pęn. Nec ab hac pęna eximeretur, qui metu mortis fidem frangeret ſigilli. Ergo crimen eſt,atque adeo mortale, etiã metu atrociſſimæ mortis,cõfeſſionem reuelare. Et tertio id comprobatur. Poteſt princeps

pro

pro ſalutę tpali reip. præcipere ciui, vt ſtationē in prælio cuſtodiat, nec pedem retrahat, ſub pęna capitis: in quo caſu peccatum eſſet mortale edictũ trãſgredi (nã põt princeps legē facere, quæ obliget ad mortale, vt ait S. Th. 1. 2. q. 69. art. 4. vbi adnotat Caietanus poſſe ēt obligare cũ periculo mortis, ſaltē pro bono publico.) Ergo multo magis, non ſolũ Deus, cuius eſt pręceptum ſigilli, ſed eccleſia potuit ſacerdotes obligare, vt ēt in periculo mortis tenerēt ſigillum. Profecto adeo neceſſarium eſt ſacrm̃ confeſſionis, ac ſubinde illius ſigillum, vt videat Xp̃s ipſe ſpopondiſſe fidem chriſtianis, quo tuti eſſent in hac parte. Nã cũ multa præterea narrent hic miracula (vt eſt illud qđ Altiſiod. 4. p. c. de confeſſ. ex Vitis patrũ citat, qđ cũ quidã in naui metu mortis, publice cõfeſſus eſſet crimina permulta, adeo ſtatim oẽs obliti ſunt, ac ſi nunquã audiſſent.) hoc verumtamen oĩum maximum miraculorũ exiſtimauerim, quod cũ ſint ſacerdotes, & aliàs perditiſſimi, & multi in dementiã verſi: tamen perquam rariſſime viſum eſt ſigillum confeſſionis periclitari. Quo fit, vt prælati, & quicunq; iudices perquam maxime teneantur in cauſis cognoſcendis cauere, ne ſanctiſſimũ ſigillum confeſſionis violent: nec illa via tentent

tent quidquam cognoſcere, nec prætextu cuiuſcunq; boni publici, nec vt malo, quã uis hæreticæ prauitatis occurrãt. Nihil.n. eſt tã eccleſiæ neceſſarium, quã ſigillum.

Verum enimuero, non ſat eſt concluſionem in gñe ſtatuere, ſi non ad particularia deſcenderimus. Sacerdos.n. non ſolũ peccata tenet celare, verum & alia detecta in confeſſione: nec ſolus ſacerdos, ſed aliç itẽ perſonæ tenentur ſeruare ſigillũ; de quib. perinde dubium eſt, an cuncta tenentur vniuerſi celare, nullo obſtãte metu mortis.

Primum ergo dubium eſt, Vtrum peccata quæ quis perſtans in propoſito, confitet perpetranda, teneatur ſacerdos celare. Res fuit anceps antiquitus inter Doctores: & fuerunt qui dicebãt, qđ peccata futura, puta, quæ pœnitens emẽdare non promittit, non claudunt ſub ſigillo, vt recitat S. Th. in 4. diſt. 21. q. 3. & Inn. c. Ois vtriuſq; ſexus, de pœn. & remiſ. Et inter Theologos Alexander ab aliquibus accerſitur in hanc ſententiam. Et Panor. d. c. Omnis vtriuſque ſexus. eandem affirmat: nempe, quam putat eſſe opinionem Innocentij. Et Sylueſter verbo, Confeſſio. 3. citat Raynerium, & Innocentium: cum tamen Innocentius contrarium autumet. Et arguit pro illa opinione Alexander. In quod directe opponit con-

ſeſſioni,non eſt de neceſſitate cõfeſſionis; Sed propoſitũ perpetrandi peccata opponitur confeſſioni,nam eſt ſignum impęnitentis,per quod vr̄ ſe eximere a iudicio ſacerdotis. Ergo peccata huiuſmodi non cadunt ſub ſigillo. Et confirmamus hoc in gratiam huius opin. Secretum ſigilli ſacerdotis eſt ad imitationem ſecreti Dei, vt dictum eſt; Sed peccata impœnitentis Deus non celat,nec habet pro oblitis; ſane, quæ in die iræ reuelabit ad vindictam.Ergo nec ea tenetur ſub ſigillo ſeruare ſacerdos.

His verumtamẽ nihil obſtantib. ſit ſecũda cõcluſio,q̃ certiſſima eſt. Oẽ peccatum detectũ in cõfeſſione,dũmodo ſit cõfeſſio, claudit ſub ſigillo, ſiue p̄ſens, ſiue futurũ, ſiue qui confiteẽ vere pęniteat,ſiue nõ. Cõcluſio eſt S.Thomę,Scoti,& Ricardi,& oĩno Theologorum loco citato, & Innocentij,& ſingulariter Caietani, quotl. 1.q.11. quã de hoc fecit ſpecialẽ. Imò (quantũ cõijcio) quidquid ſit de antiquiorib. tamen nec Alexander, nec Raynerius ꝯdicunt, ſi ſane intelligant, & abũde probat ex verbis concilij. d.c.Oĩs vtriuſq; ſexus.Qui peccatum in pęnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare &c. Vbi vniuerſaliter oẽ peccatũ celari præcipitur, nullo excepto. At vero non requiritur contritio, *Secũda cõcluſio.*

ad

ad hoc vt accuſatio pænitentis ſit vere cõfeſſio; imò nec abſolutio. Probat, quia ſicut baptiſmus fictus, eſt nihilominus baptiſmus, & recedente fictione incipit hr̃e effectũ virtute formę pteritæ (vt ait Aug. c. Tũc valere. de conſe. di. 4.) ita confeſſio ficta eſt quidẽ cõfeſſio, quãuis nõ ſit perfecta. Quare quõcunq; ſit ficta, ſ. quia nõ eſt cõtritio, vel nõ eſt integra, claudit ſub ſigillo. Et cõfirmatur. Nã ille qui incõtritus accedit, pręcipit eccleſia, vt audiat in cõfeſſione, & ſalubrib. monitis adhibeant ei cõſilia, vt hr̃e. Qđ quidã. de pęn. & rem. imò forte cõfeſſio illa ſatisfaceret pcepto eccleſiæ, vt latius diſputauimus in lectionib. ſuper Quartũ. ergo hmõi cõfeſſionẽ vult eccleſia abſcondi ſub ſigillo. Et confirmat ſecundo, quia ſi incontritus integre confitet, põt, adueniẽte contritione, abſolui ab eodẽ cõfeſſore, ſine noua cõfeſſione, niſi lõga forte interceſſerit mora. Quòd ſi percunctaris, quid requiritur vt ſit confeſſio? Reſpondetur, qđ ſatis eſt eſſe accuſationem; põt enim pęnitens accuſare ſe de peccato, dicens ſe non poſſe abſtinere, petendo cõſilium, & auxiliũ a ſacerdote. Et certe qui ſic accuſatur, celandus eſt de quõcunq; crimine mundi, quantumcunq; pernicioſo, aut tertiæ perſonæ, aut reipublicæ; quãuis debet tunc ſa-

 cer-

cerdos in genere admonere,aut rempubli cam,aut illũ cui periculum imminet,vt caueant tali hora,aut tali loco; & dummodo fieri poſsit ſine periculo reuelationis perſonæ.Quod ſi generalis admonitio nõ ſufficit,nullatenus licet perſonã exprimere.

Et ſecundo principaliter arguit, qđ quãquã peccatũ ſit perpetrandũ,cadat ſub ſigillo.Nã ſi peccatũ eſſet præteritũ;tunc,quãlibet confitens non eſſet contritus, ſed eſſet impęnitens,nec eſſet abſoluendus,illud caderet ſub ſigillo, vt Alexander illic ipſe confitet:quia ſacerdos eſt iudex,ſit ne contritio ſufficiens ad abſolutionẽ,nec ne.Ergo eadem rõne, quãuis peccatũ ſit in futurum perpetrãdum,cadit ſub ſigillo.Tã impęnitens.n.eſt qui nõ pænitet pteriti, quã qui tenax eſt propoſiti in futurum. Eo vel maxime,qđ dũ reuelaĩ peccatũ perpetrandum,ſimul reuelatur prȩteritum,puta,propoſitum deliberatum perpetrandi illud.

Et poſtremo arguitur. Si quis contritus confiteretĩ alia peccata,& poſtmodũ cõſuleret ſacerdotem, an eſſet peccatum id qđ inuincibiliter putat non eſſe peccatũ, puta,occidere vxorẽ dcprehenſam in adulterio;aut,certum contractum facere; & audiens eſſe peccatum, nihilominus nõ vult mutare propoſitum occidendi vxorem, ſi

eam deprehēderit,abijtq; perinde ſine abſolutione: profecto totū illud cadit ſub ſigillo. Veruntamen,ſunt qui fingūt ſe accedere ad cōfeſſionē, & tñ non veniunt quo ſe accuſent,& remediū poſtulent aīæ ſuæ: ſed vt confeſſorē forte peruertāt, aut fauorem & auxiliū petant in perpetrandis flagitijs: vt tēporibus nrīs vſu veniſſe fertur quibuſdā,qui in Pontificē conſpirauerant: & hmōi peccata celanda non ſunt,ſed ſtatim potius denuncianda: qđ plurimum timendum eſt in crimine hęreſis. Hmōi.n.eſt verſutia dogmatizantium,vt hac confeſſionis ſimulatione ſacerdotes peruertere molian tur. Et in hoc caſu verū habet vulgatus ille verſiculus: Eſt crimē hæreſis,quod nec cōfeſſio celat: nā ſi de confeſsione loqueret̄, quæ uere eſt accuſatio,quāuis impęnitētis, falſiſſimus eſt, atq; adeo chriſtianis aurib. indignus. Et de peccato hoc vltimo modo perpetrando loquitur Raynerius in titulo de pęn.& remiſ.& Alexander, cuius verba ſunt: Peccatum,quod quis confitet̄,vt perpetrandum, non cadit ſub ſigillo. i. Quod ita confitetur,non vt ſe accuſet,ſed vt aliū moueat, aut auxilium petat ad perpetrandum: nec Innocentius aliud opinatus eſt, vt egregie ȧdnotauit Caiet. opuſc. citato. Nam poſtquam citauit opinionem dicen-

centium, q̄d peccata futura impœnitentis non cadunt ſub ſigillo: quia non dñr ſacerdoti tanquā Dei miniſtro, ſubiungit: Hæc tñ rō non placet: quia bene credimus, q̄d ſacerdos, vt miniſter recipiat, ētſi confitēs in peccato remanere proponat: quę verba, aut non vidit, aut ſiniſtre legit Panormit. Vnde ad argm̄ quod recitat Alexander, reſpondetur, quod quamuis impœnitentia opponatur confeſſioni quantum ad abſolutionem, atq; adeo quantum ad perfectionem ſacramenti: tñ non obſtat quominus ſit confeſſio ſacramentalis, ſi mō re vera ſit accuſatio, vt expoſitum eſt: & iō celanda ſunt peccata, quæ illic deteguntur. Et ad confirmationem, quam nos adiecimus, reſpondet quod quāuis peccata impœnitētis non celentur a Deo veluti peccata remiſſa: tamen ſi proferantur per modū accuſationis ad petendum cōſilium vel auxiliū, iam tunc diſponunt & ordinant ad veram pœnitentiam: & ita recipiuntur ab eccleſia, tanquam in ſacramentali confeſſione.

Alterū dubiū eſt, Vtrū in reuelatione ſigilli confeſſionis poſſit contingere peccatum veniale, rōne paruæ quantitatis materiæ: quemadmodum in furto, quod de gñe ſuo eſt mortale, poteſt contingere peccatum veniale, vt ſi quis obolum furetur: at- *Dubium.*

que adeo vtrũ eadẽ cã paucitatis materiæ, liceat ſigillũ reuelare, gratia vitæ ſeruãdæ.

Tertia cõcluſio. Tertia concluſio. Non ſolũ peccata oĩa, tàm venialia, quàm mortalia, verũ & qualitates vniuerſæ circunſtantes, quæ notitiã pęnitẽtis quoquo modo ſuggerere poſsũt, directe concludunt ſigillo: atque adeo ſub pęna mortalis culpæ celanda ſunt: ſiue illa fuerint de neceſſitate confeſſionis, ſiue ex leuitate pęnitentis prolata. Concluſio colligitur ex illis verbis c. Omnis vtriuſque ſexus. Caueat oĩno (.ſ. ſacerdos) ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis mõ aliquatenus prodat peccatorem. Hac concluſione cõprehendunt primo peccata venialia, quæ licet non ſint de neceſſitate confeſſionis, nihilominus celanda ſunt. Itẽ locus, & tp̃s: Vt ſi homicida mihi eſt cõfeſſus, reuelatio eſſet dicere; Petrus tali hora fuit ĩ tali loco, (puta vbi factum fuit homicidium) ſi inde poſſit coniectari illum eſſe homicidã. Item perſonæ conſortes. Aliquando enim eſt neceſſarium pœnitenti cõſortes patefacere, vt puella quæ fecit ſtuprum cum patre, nõ ſatis confitetur ſe feciſſe ſtuprum niſi exprimat; cum patre: quia id perquam multũ auget, vt docet S. Th. in 4. diſt. 16. q. 3. ad vltimum arg. totius. q. Et tunc pater celandus eſt à ſacerdote, ſicut puella. Imò, quã-

uis

uis puella ex leuitate,& ſine aliqua neceſſitate exprimeret conſortē,vt ſi confiteretur fornicatā fuiſſe cū Petro:quia,licet illa perſona nō eſſet de neceſſitate, aut cōmoditate confeſſionis:tñ efficitur poſtea neceſſaria ad contegendum peccatum pęnitētis.

Sed arguitur,quòd hæc omnia reuelare non ſit peccatum mortale. Primo. In alio quocunq; peccato ex genere ſuo mortali, poteſt contingere peccatum veniale, ratione paucitatis materiæ,prætereq̄ in periurio: immo contra materiam fidei poteſt eſſe tā leue verbum,vt nō ſit niſi veniale.Ergo ꝓdere pœnitentem,quod mentitus eſt iocoſe,non erit niſi peccatum veniale.Et cōfirmatur. In reuelatione ſigilli poſſet eſſe veniale ex defectu deliberationis,vt ſi qs motu ſubito illud reſeraret.Ergo eadē ratione ꝓpter paucitatē materiæ pōt eſſe veniale.

Reſpōdetur primo, quod ſi ſacerdos detegeret minimum veniale,vt cōſtaret illud audiſſe in cōfeſſione:puta, quia aut ſacerdos exprimat Petrū ſibi confeſſum eſſe,aut quia audientes id cōijciunt, peccatum eſt mortale grauiſſimum:adeo vt mortem deberet perpeti ſacerdos,anteq̄ id detegeret. Probat:quia q̄uis id quod detegit, tenuiſſime lædat famā:tamen ſacramentum, grauiſſimum recipit detrimentum:deterreret

enim homines a cõfeſſione, ſi ſuſpicarent vel in minimo, detegendam eſſe confeſſionem. Sed quid, ſi in Francia audiui confeſſionẽ Petri, quem hic coram illis quib. notus eſt, dico feciſſe peccatum veniale: non tamen ſuſpicant me audiſſe in cõfeſſione?

Forte eſſet probabile illam reuelationẽ non eſſe peccatũ mortale: quia eſt in re minima. mihi tamã veriſſimilius eſt eſſe mortale. Nã q̃uis in reuelatione ſecretorũ ſæcularium frequenter cõtingere poſſit peccatum veniale in re parua: tamẽ ſacroſanctum ſigillum nõ permittit, vt vel in minima materia, citra mortale violetur. Et probatur: quia in d. c. vniuerſaliter dr̃, quod ꝗ peccatum in cõfeſſione detectum, reuelauerit, perpetuam agat pœnitentiam. Perpetua tamen pœnitentia non decerneretur, niſi pro grauiſſimo peccato mortali.

Scdo arguit, ꝙ non ſit neceſſariũ ſub pœna peccati mortalis celare pſonas reuelatas ĩ ſacro. Celare alias pſonas nõ eſt neceſſariũ, niſi quatenus ex reuelatione aliarũ, ſe queret reuelatio pœnitentis (nã in d. c. ſolũ cauet; vt nõ reuelet perſona pœnitentis) Sed ſæpe poſſent reuelari peccata aliarũ ꝑſonarũ ſine reuelatione pœnitentis. Ergo tunc reuelatione illarum nõ violaretur ſigillum. Probatur minor. Puella temere, & ſine

ſine neceſſitate nominat pſonā cōſortem delicti:& q̄q̄ ſacerdos poſteà dicat Petrū eſſe fornicariū, nulla inde oriret̄ ſuſpicio id admiſiſſe cum tali puella. Et addamus, nec poſſe vnq̄ ſuſpicari, id ſacerdotē nouiſſe in cōfeſſione: nā aliàs grauiſſimū eſſet peccatū ſcandali, in detrimentum confeſſionis.

Reſpondet, quod peccata quæ pęnitens aliena detegit in cōfeſſione, non ſolū ſunt celanda, quādo per illa reuelarentur peccata pęnitentis, ſed ēt per ſe: quia quomodocunq; reuelarentur, deterrerentur homines a confeſſione. Plebei namq; indocti cōfitendi multa temere reuelant aliena peccata, quę ſi nō caderent ſub ſigillo, eſſet periculoſa confeſſio: & credo ſacerdotē ea reuelantem incurrere pęnas canonis. Hoc.n. eſt prodere pęnitentem: nō ſolum detegere peccata, quæ ad ipſum pertinent: ſed q̄ cunque ille protulit in confeſſione: atque adeo mori debet antequam ea patefaciat.

Sed, nunquid permittit̄ ſacerdoti in gn̄e ea propalare, quæ in confeſſione audiuit?

Panor. in d.c. Omnis vtriuſq; ſexus. dicit, nec peccatum in genere poſſe in publicū proferri citra fractionē ſigilli: quāuis nulla inde oriatur ſuſpicio perſonæ. Nam habetur (inquit) in textu, quod qui peccatum in pęnitentiali iudicio detectum reuelauerit,

perpetuā agat pœnitentiā. Sed tn̄ abſq; vlla hæſitatione credendū eſt ꝯ Panor. Et ſatis eſſet ad ipſum conuincendū vniuerſalis conſuetudo. Paſſim n. ſacerdotes proferūt quæ audierunt in confeſſione, non ſolū ad capiendū conſiliū, ſed in colloquijs: nec tn̄ cenſent fractores ſigilli, qn̄ nec minimū timet periculū reuelationis perſonæ. Immo quamuis dicant illud aliquando audiſſe in confeſſione, non eſt fractio ſigilli, nec peccatum de ſe mortale, ſi fiat ſine ſcandalo: q̄uis id fieri non debeat. Et ad argumen. Panormitani reſpondetur, quod illud verbū-Quoniam qui peccatum in pœnitētiali iudicio detectū &c. reddit cauſam verbi præcedentis. Caueat autem omnino ſacerdos ne prodat peccatorem. Et ideo non frāgit quis ſigillum reuelando peccatum, niſi applicatum ad perſonam. Et confirmat: quia ſi reuelatio peccati in genere, eſſet fractio ſigilli: tunc non liceret vllo mō in genere reuelare, nec ad capiēdum conſilium, ſine licentia pœnitentis: quod tamen eſt falſum vt patet ex verbis eiuſdē textus, & in c. Officij. eo. ti. Ex quo ſequitur, quod quamuis dicā, Petrus rite confeſſus eſt mihi ſua peccata; non reuelo confeſſionem: dummodo nullam ſpeciē nominem, etiam ſi ſint publicę meritricis, aut latronis. Sed ſi non abſolui,

ſolui,non poſſum interrogatus dicere,non abſolui:q̃uis, vt inquit Caie.in Summa,ver bo Cõfeſſor,qui illud diceret,nõ eſſet propriefractor ſigilli,vt incurreret pœnas canonis,niſi ſpeciẽ peccati exprimeret,pp ꝙ non abſoluit. Debet tñ ſacerdos reſponde re: feci officiũ meũ: vel aliud ſimile. Cætera vero,q̃ nec ſunt peccata,nec circunſtantiæ quib.peccatũ perpendat:q̃uis narrentur in confeſſione, nullo mõ cadunt ſub ſigillo. Cauendũ tñ eſt,ne paſſim ſacerdotes quo quomodo loquantur, ſales de cõfeſſionib. in colloquijs ſpargendo. Nam, præter ſcan dalum,ſæpe vſu venire ſolet,vt illi in aures pœnitentium perueniant,vnde grauiter of fenduntur: immo nec pœnitentes laudibus commendet. Primo,quia laus vnius quandoque eſt reuelatio confeſſionis alterius: vt ſi qui audiuit duas ſorores, vnam ſolum commendat pudicitiæ,alteram ſubinde,ta cendo, notat impudiciæ. Et præterea, quia inde præbetur anſa, leuiſſimis præſertim mulierculis,mentiendi in cõfeſsione, quo ſe commendent apud ſacerdotes. Et maxime cauendum eſt, quando quis de aliquo ſecreto crimine petitur,ne id via confeſſio nis tractetur : vt ſi vir ſuſpicatus adulteriũ vxoris,petat ab ea,vt cõfiteatur ſacerdoti; qui de eius licentia certum faciat maritũ,

nulla-

nullatenus admittendũ eſt. Nam adultera, quo ſe purgaret, facile mẽtiret in cõfeſſiõe.

Dubium. Tertium dubium eſt de pſonis alijs, quæ præter ſacerdotem, tenentur ſeruare ſigillum, an omnes æquali vinculo mortem teneantur obire, ſigilli gratia ſeruandi.

Quarta cõcluſio. De quo ſit quarta concluſio. Quamuis ſolus ſacerdos proprie teneat̃ cuſtodire ſigillum ſub pęnis canone decretis: tñ multi alij tenẽtur ſeruare ſecretum confeſſionis, etiam non obſtante periculo mortis. Cõcluſio communis eſt S. Thomæ, & doctorũ in 4. diſt. 21. Probat̃ prima pars. Nam in d. c. Omnis vtriuſq̃ue ſexus. ſolus ſacerdos eſt, qui iubetur ſeruare ſigillũ; cui ſubinde decernuntur pęnæ fractionis: & quia pęnæ legis nõ ſunt ampliandæ, fit vt ille ſolus incurrat pęnam depoſitionis, & perpetui carceris. Et ſecunda pars probatur. Sunt enim multi pręter ſacerdotẽ, qui iure, & multi, qui iniuria audiunt cõfeſſionem: qui proinde tenent̃ ſeruare ſecretum: vt interpres quãdo pęnitens, & ſacerdos nõ ſunt eiuſdem linguę: & laicus, cui quis in extrema neceſſitate, vbi nõ eſt copia ſacerdotis, cõfitetur: & prælatus, a quo ſacerdos caſum reſeruatũ petit, & magiſter quem conſulit, dum imprudentia confeſſoris deprehendit pęnitentem: item laicus, qui fraude, & dolo perſo-

perſonā induit ſacerdotis, vt confeſſionē alterius audiat. Hi.n.vniuerſi mortaliter & quidē grauiter peccarent, ſi ſecretū panderent confeſſionis:atq; adeo mortē,& quodcunq; aliud damnū perpeti dēnt, anteq̄ id manifeſtent. Non tū in oībus eſſet delictū æquale. Intepres namq; non eſt perſona neceſſaria cōfeſſioni:nemo.n.(vt dicebamus ſuper Quartū; diſt. 17.)tenet per interpretē cōfiteri. Nā, vt ꝓbe inquit Caie. in Sum. verbo, Cōfeſſio:nemo tenetc ōfiteri niſi ſacerdoti, qui ſolus hēt claues cognoſcendi, & remittēdi peccata:& iō cū quis per ſe nō poteſt confiteri; non tenetur alteri ſe prodere. Eo vel maxime, qđ peccata, quæ dicūtur interpreti, non denunciantur tanquam confeſſori: quippe, qui nō fungitur vice cōfeſſoris, ſed agit partes pęnitentis; ob idque quando quis per ſe non pōt confiteri, cenſendum eſt, quantum ad neceſſitatem, ac ſi non eſſet copia confeſſoris. Nihilominus licitū eſt confiteri per interpretem, & quādoque ſalutare: puta, quando adeſt interpres, cui toto poſſit committi tam altū ſecretum. Quod dum interpres violat, quacūque id cauſa faciat, quamuis non incurrat pęnas canonis, cōmittit tamen ſacrilegium, quia, cum illud ſit verum ſacramētum, violator eſt rei ſacræ. Quare mori conſtringitur

tur antequā violet. At, confeſſionē fieri lai co, vbi non eſt copia ſacerdotis, multo minus neceſſariū eſt in quacunq; neceſſitate. Nā, q̄uis Auguſtinus dicat, tantā eſſe vim confeſſionis, vt vbi non eſt copia ſacerdotis, facienda ſit proximo, De pęni. diſt. 1. c. Quē pœnitet, & diſt. 6. c. 1. nō tn̄ inſinuat eſſe pręceptū, ſed ſolū id conſuluit, vt merito verecundiæ maiorē gratiā conſequatur apud Deū. Immo vero iā non eſt tanta cōſuetudo hmōi confeſſionis, quanta in primitiua eccleſia. Nec forſan eſt cōſiliū: tametſi eā non damnauerim: mãſit. n. conſuetudo ſolū inter nautas. Quare laicus, cui fit hmōi confeſſio, ſi fidē ſecreti frangat, nec incurrit pœnas canonis, nec proprie eſt ſacrilegus: tenetur tamen pro nulla cauſa mūdi infringere: nec pro bono publico (pro quo teneretur ſi in alio ſecreto, etiā ſub iuramento, ſuſcepiſſet) ſed tenetur prorſus celare, ac ſi fuiſſet ſacramentale cōfeſſio: atque adeo mori potius q̄ detegere. Prælatus vero, a quo cōfeſſor petit caſum reſeruatū, ſi inciderit in ſuſpicionem pęnitentis, multo maiori vinculo tenetur ſeruare ſecretū quā præfatæ perſonæ: vtpote, cum ſit in tali caſu perſona neceſſaria, ſine qua cōfeſſio perfici non poteſt. Immo quodā modo eſt confeſſor, quamuis nō ita proprie ſicut il-

le

le qui confeſſionem audit. Et ideo nec debet inquirere, nec aliquid demoliri aduerſus perſonam illam, magis quam ſi eius cõfeſſionem audiuiſſet. Ille tamẽ doctor quẽ ſacerdos conſuluit, non tam arcte tenet, vt prælatus, quia nõ eſt neceſſaria perſona: nihilominus adhuc tenet ſicut interpres ſub reatu mortali, mori potius, quam ſecretum pandat. Immo, ſiquis forte papyrum reperiret, qua quiſpiam peccata ſcripſit ad confitendum, celare ſtrictiſſime tenet: nec illa ſunt quoquomodo in forũ exteriorem deferenda, At, quamuis pęnitens teneatur ẽt quodam modo confeſſionem celare, vt dicit Palu. tamẽ celatio huiuſmodi nihil pertinet ad ſigillũ: ſed ſolum quia tenetur pœnitens non detrahere ſacerdoti reuelando pœnitẽtiam, aliasque eius admonitiones: niſi forte ad capiendũ cõſilium, qñ ſe ſentit ſacerdotis imprudẽtia nimis oneratum.

Quartum & poſtremum dubiũ eſt, poſt quã nec ad vitandum mortem, licet reuelare ſigillum, vtrum alia quæuis poſſit excogitari cauſa, ob quam ius fuerit illud aperire. Nã Altiſiodorenſis antiquus auctor. 4. par. c. de confeſ. q. de ſigillo dicit, quod qñ ex ſecreto cõfeſſionis magnum periculum immineret eccleſiæ, licitũ eſſet, de licentia epiſcopi, illud denunciare, vbi citat diſtinc. *Dubiũ 4.*

anti-

antiquorũ: videlicet, aliud eſſe ſigillum infringere, aliud aperire. Primum. n. ſonat vitiũ, vt puta, ſine cã reuelare: alterũ vero deſignat virtutẽ. Sed (ſalua auctoritate grauiſſima doctoris) & S. Tho. & oẽs in 4. diſt. 21. miſſam fecerunt opinionem illam.

Quinta cõcluſio. Vnde ſtatuimus concluſionem quintã vniuerſalem. Nulla prorſus de cã fas eſt ſigillum aperire. Probatur; quia, vt iam ſępe inſinuauimus, nullum põt vnquam tã graue periculũ eccleſiæ imminere, quàm ſublatio ſacramenti cõfeſſionis; qđ, vt ait Hierony. ſecunda tabula eſt poſt naufragium: & cum, ſublato ſigillo, tollitur ſubinde cõfeſſio, fit vt quemadmodum, nec Papa, nec tota Eccleſia poſſit pro quauis excogitata cã in præcepto diuino confeſſionis diſpenſare: ita nec poſſit diſpenſare in ſigillo. Et confirmatur. Quia, ſi pro aliquo periculo vitando liceret reuelare confeſſionem, maxime, dum quis confiteretur de contagioſa hæreſi, qua populus contaminatᷣ; ſed tunc non. ergo. Probatᷣ minor. Nam, dato oppoſito, deterrerentur hoĩes a cõfeſſione: quare non ſolum periret ſacr̃m neceſſarium eccleſiæ: ſed etiam tolleretur illud idem remedium obuiandi hæreſib. Nam tunc abſconderent ſe hæretici: vt, nec in confeſſione, alicui ſe crederent: cum tamen, ſi

fiat

ſiat illis integra ptās confitendi, poſsint ſacerdotes, & illis, ſalutarib. monitis mederi, & bono cōi conſulere, prædicando in gñe ꝯ hæreticos: & in genere, citra oēm ſuſpicionem perſonæ, admonēdo inquiſitores, & publicam ptâtem. Sed ſunt dubia nonnulla, quæ aduerſus hanc concluſionē mouere quempiam poſſunt. Primum. Si ſacerdos nouit in confeſsione affinitatem inter Petrum, & Mariam, aut qđuis aliud impedimentum matrimonij cōtrahendi, a quo publice illi petant matrimonio iungi: vř ſacerdos ille non poſſe hmōi matrimonium celebrare, cum ſint iura prohibiti contrahere. Item, ſi eps nouit in confeſsione irregularitatem illius, qui petit ordinari, atq; adeo, ſi Abbas vel prior nouit in confeſſione ſuppriorē eſſe pernicioſum domui, debet eum amouere; & tamen hmōi ſacerdotes videntur quodammodo confeſsionem reuelare: nam demus, notum eſſe omnibus eiuſmodi pęnitentes confeſſos eſſe illis, nec alia publica hr̄e impedimēta, quibus arceantur a matrimonio, ab ordinib. aut ab officio. Pręſertim quia ſacerdos, nec ipſi pęnitenti poſt abſolutionem, exprobrare poteſt quæ in confeſsione audiuit. *Primũ dubium.*

Pro deciſione huiuſmodi caſuum, atq; aliorum id genus, quos Doct. in 4. diſt. 21. plu-

plures accumulant, notandum eſt opinionem fuiſſe Henrici Gandauẽ. 8. quotl. q. 18. quòd ſacerdos in nullo caſu põt ſe aliter habere cum pęnitente poſt confeſſionem, quàm ante: nec põt ſe iuuare aliquo mõ a notitia confeſſionis: ſed cuncta debet gerere, ac ſi prorſus ignoraret conſcientiam pęnitentis. Quam ſententiam, nec S. Thomas nec Ricardus, nec Scotus, (& quidem merito) recipiunt. Sed quia caſus ſunt, in quibus obſeruanda eſt doctrina Henrici, & caſus rurſus, in quibus eſt reijcienda, hac regula, vt puto, vtendum eſt in hac parte.

Sacerdotes, propter ſcientiam, quam habent in cõfeſsione, nõ poſſunt poſtmodũ priuare pęnitentẽ, eo, ad qđ habet quodam modo ius acquiſitũ: ſed tñ in gratuitis, vbi habent liberã ptãtem, poſſunt eum & priuare, & nõ admittere. Exẽpli gratia. Sacerdos, qui in cõfeſsione nouit impedimentũ mr̃imonij, ſi nõ eſt parochus, põt, & debet ſe excuſare: quia nõ tenẽt mr̃imoniũ miniſtrare, niſi forſan nõ poſſet ſe excuſare ſine periculo reuelationis confeſsionis, nã tũc deberet eos cõiungere. Si tñ eſt parochus, qui aliàs tenẽt; tũnc, quãuis poſſet ſe excuſare ſine periculo reuelationis cõfeſſionis (ait Pet. de Palude) nihilominus debet eos coniungere, quia habent in foro exteriori

ius

ius petendi ab illo, quemadmodũ (inquit Adrianus) deberet miniſtrare ſacr̃m occulto peccatori petenti publice, vt ſupra dictũ eſt. Sed profecto crediderim, p̃ Petrum de Palude, quod ſi parochus poſſet citra oẽm ſuſpicionẽ aliqua arte impedire illud mr̃imonium, probe faceret. Item, ſi eps̃, dũ publice miniſtrat ordines, videt accedentem eũ, quem ſcit in confeſsione eſſe irregularẽ; aut aliàs indignũ, de quo tñ examinatores teſtanť eſſe digniſsimũ, & aſcriptũ albo ordinandorũ, tũc debet eũ ordinare; quia habet ius quodam mõ in publico petendi; niſi forte citra oẽm ſuſpicionẽ poſſet illũ aliqua arte admouere. At vero, ſi ante illum articulũ tp̃is ſubditus ille peteret examinari, & recipi ad ordines, poſſet & deberet eps̃ illum excludere, prætexendo alias cãs. Immo, ſi aliter nequiret, poſſet ꝑ libito non admittere; poſtquam eſt ei liberum admittere quos voluerit. Quemadmodum prælatus in conuentu, quamlibet cõſilio patrũ deſtinentur religioſi ad ordines (quia non compelliť iure præſentare quos patres cenſent) põt repellere illum, quem in confeſsione ſcit irregularem, aut alioqui indigniſsimum, aſsignando alias cãs. Nec hoc eſt reuelare confeſsionem; quia poſſent alij ſuſpicari, prælatum id facere ex

odio,aut maleuolentia.

Præterea,ſi Prouincialis nouit per cõfeſſionẽ,Priorẽ,aut Guardianum in ordinib. mendicantib. ſcelroſum eſſe,& pernicioſum conuentui:quia hmõi officium nõ eſt ad nutũ amouibile,nõ põt Prouĩcialis Priorem amouere, ſed in confeſsione admonere,vt cedat officio: vel quærere alias cãs, ob quas poſſet in iudicio eum priuare:dũmodo inquiſitio non capiat anſam a confeſsione.Si tñ offm̃ eſt ad nutum amouibile,vt ſi prælatus vicarium ſuum, aut magiſtrũ nouitiorũ nouit in confeſsione pernicioſos eſſe;tũc põt certe, & dẽt illos amouere,vel dãdo aliàs cãs,puta, quia feſsi sũt, vel ſubditis iã ſatietatẽ fecerunt, & tædiũ; vel quia vult inſtituere alios, qui ſunt ſibi magis amici;quãuis ſuſpicionẽ de ſe faciat acceptionis perſonarum.Et in hoc caſu loquuntur S.Th.& Scotus loco citato,quando dicunt,qđ Abbas põt amouere Priorẽ; puta,eum qui ad nutum eſt amouibilis.

Ex hac regula ſumendum eſt iudiciũ in electionibus.Eſt,v.g. Petrus in cõi opinione dignus magiſtratu, quẽ tamen ego ſcio per confeſsionem eſſe indignum,& pernicioſum; re vera poſſum, & debeo ipſum non eligere. Quod omnes fatentur; quando nulla ſuboriretur ſuſpicio reuelatio-

nis

nis confeſſionis. Sed quid, ſi nō poſſum illū refragari, niſi aliquā generē ſuſpicionē reuelationis cōfeſſionis? Sit.n.caſus Adriani, quòd ego ſuadebā prius electorib. vt eligerent Petrū, quē cenſebam eſſe digniſſimum, qui poſtmodū confiteē mihi, & oib. compertum eſt, mihi eſſe confeſſum: vnde ſi muto ſnīam, diſſuadēdo electionē illius, oēs conijcient me in confeſſione audiuiſſe indignitatē illius. Adrianus cenſet, quod ſi detur caſus, in quo non poſſit quis refragari indignum, niſi quodammodo reuelādo confeſſionem, debet eligere non ſolū minus dignū, ſed indignum: nam, quamquam iure cautū ſit, ne quis eligat indignum ſub pæna priuationis vocis, & ſuſpēſionis triēnalis vt hr̄ c. Cum in cunctis de ele. maius tamen eſt vinculū ſigilli ſeruandi. Sed S. Th. in 4. diſt. 21. abſolute reſpondet, qđ nullus debet eligere eum quem per cōfeſſionem ſcit eſſe indignum. Et certe ita indubie tenendum eſt. At vero ſimul concedo, qđ nunquam licet reuelare confeſſionem, vt quis excludat indignū. Sed tamē ille caſus eſt impoſſibilis: & in philoſophia morali non ſunt audiendi caſus, qui ſola imaginatione confinguntur: nam ante electionem nullus habet ius, vt eligatur. Et ideo quicūque pōt ipſum refragari ſine reuelatione

confeſsionis,aut allegãdo aliam cãm, aut eligendo aliũ forte qui poſsit cenſeri tã dignus,aut de ſe generando ſuſpicionem,qđ fecit ex ignorantia,vel ex malitia.Maxime, quod non tenet obuiare cuicunque ſuſpicioni aliorum,poſtquam vtit iure ſuo;quãuis alij ſuſpicentur in genere aliquod peccatũ nouiſſe in confeſsione. Quamlibet crediderim cum Palu. quod qui eligeret indignum,notum ſolũ in confeſsione, nõ incurreret pænas iure decretas in eligẽtes indignum,c.cum in cunctis.de electione.

Ecce, quot caſibus nobis licet agere ſecundum notitiã, quã habemus in confeſſione,contra ſnĩam Henrici. Et confirmat doctrina hæc. Nam re vera, ſi ego ſcio aliquem ſubditum meum pernicioſum eſſe Conuentui,nunquã eũ ſubſtituerem mihi Suppriorem,quãuis conſilio patrum eligeretur; quia ſecundum conſtõnem nrãm, quamuis tenetur Prior conſulere patres in tali electione,non tñ tenetur ſtare conſilio illorum.Si tamen teneretur ſtare electioni illorum, non poſſet non confirmare. Vnde,ſi quis eligatur canonice in epm; tunc confirmator, quamuis ſciat per confeſsionem eſſe indignum, non poſſet caſſare electionem; quia iure compellitur confirmare eum,qui canonice eligitur, niſi iuri-

dice

dice poſſit exceptionem aliquã comproba-re,vt colligitur ex c.poſtq̃.& c.nihil de ele. & ele.pot.Secus forte Prior noſter prouin cialis,qui non cogitur quemq̃ confirmare in Priorem,quamuis ſit canonice electus. ſunt.n.verba conſtitutionis: Priores conuentuales prædicto modo electi, a Priore ꝓuinciali,ſi ei viſum fuerit,confirment. Et ideo poſſet forſan caſſare electionẽ illius, quem ſcit per cõfeſſionem eſſe indignum: quamq̃ id nõ debeat temere, niſi pro graui cauſa,facere.Ex quo ſequitur, quod magiſter(quem vocãt)nouitiorum,poteſt negare illi ſuffragium ad profeſſionẽ,quẽ per confeſſionem ſcit eſſe cõtagioſum,& pernicioſum domui. Præfertur enim nouitijs, non ſolum vt eos inſtituat, ſed vt iudiciũ morum ſumat,etiam per cõfeſſionem. Fateor tñ ſummã illi adhibendã eſſe cautelã, vt citra ſuſpicionem prælato denunciet nõ eſſe aptũ ad religionẽ, exaggerando alios defectus naturales. Abſit tñ vt ĩ particulari genus aliquod peccatorum inſinuet: eſſet enim grauiſſimum ſacrilegium, & potius eſſet permittendum,vt mundus periret.

Quod,ſi quis arguat in fauorem Hẽrici Gandẽſis,quod ſi liceret ex cognitione audi torum in cõfeſſione exterius agere cum pœnitente:tunc timerent homines confite

ri,& fieret ſacramentũ graue; formidarent enim ſubditi confiteri prelato,& qui vt digni hñr magiſtratu, confiteri electoribus.

Reſpondet,ꝙ qui ex hac cã formidarent confeſſionẽ,non haberent quid incuſarẽt, aut ſacerdoti,aut ſacro:poſtq̃ confeſſor nõ admittens pænitentẽ ad id,cuius nõ hẽt ius acquiſitũ,aut priuans illũ eo,ꝙ eſt in mera poteſtate ipſius auferre,nullã facit iniuriã, nec confeſſionẽ reuelat:nec nos vllo mõ talẽ licentiã damus.Re vera, ſi ſacerdos plures haberet ſeruos, quorũ vnũ per confeſſionẽ ſciret eſſe latronem, nullam ei faceret iniuriam, ſi pecuniam illi nõ crederet, quam credit alijs; aut ſi domo pelleret, alia ficta cã,poſtq̃ aliàs non tenetur illum alere.Nec hoc eſt reuelare confeſſionem: ſed eſt, hominem vti iure ſuo ꝑ factum quod alij ſiniſtre ſua culpa interpretantur:præſertim, quia hac via nulla ſuboritur ſuſpicio reuelationis alicuius peccati in ſpeciali.

Aequa ratione reſpondetur ad vulgatum illum caſum,ſi ſacerdos qui iter habet cum latronibus,audiat cõfeſſionem vnius reuelantis in animo eos habere ipſum occidere intra nemus:an debeat intrare potius nemus,& mori,quam iter declinare cũ periculo reuelationis confeſſionis.Ricardus n. ita cenſet faciendum:& quidem cõcedo,ſi

caſus

caſus eſſet poſſibilis,quo aut reuelanda eſſet confeſſio,aut moriendũ:potius morien dum eſſe.Sed tñ, quia in re morali loquimur,nullatenus admittimus talẽ caſum:poteſt namq; alio diuertere,aut manere, aut retroire,fingendo ſe aliquid eſſe oblitum. Quemadmodũ,ſi quis ſacerdoti in ſacris vinum miniſtraret veneno miſtũ,& poſt con ſecrationẽ,pœnitentia ductus, confiteret ei in aurẽ,lætale poculũ propinaſſe:non tenet illud ſumere,quidqd ſuſpicent aſtãtes.

Alterũ dubiũ eſt, Vtrum ſaltem liceat ſacerdoti reuelare confeſſionẽ pœnitentis,vt ſuũ ipſe confiteatur peccatũ. Verbi gratia, in caſu vulgato vbi sũt tres tm̃ ſacerdotes, & vnus abſoluit alterũ,puta,Petrũ ab irregularitate,a qua nõ potuit abſoluere, & de hoc peccato nõ põt plene confiteri tertio ſacerdoti; niſi dicat ſe male abſoluiſſe aliquẽ ſacerdotẽ,& fuiſſe cãm vt ille celebraſſet in peccato:vñ tertius ſacerdos colligit illũ eſſe Petrũ. Et vr̃ ꝙ hoc liceat: quia, vt ſup.diximus,tenet quicunq; exprimere perſonã cũ qua peccauit,ſi nõ põt aliter explicare circunſtãtiã mortaliter aggrauantem. *Dubiũ. 2.*

Scotus, Palud & Adrianus,& quotquot ego hactenus,& legi,& magiſtros meos audiui,cõſentiunt,ꝙ quando ſacerdos nõ poteſt explicare ſuum peccatum,niſi reuelan

do ſigillũ, potius debet circunſtantiã illam omittere, q̃ reuelare: nã maius eſt vinculũ ſigilli, q̃ expreſſionis circunſtantiæ mortaliter aggrauantis: & inter legendũ ſp ita cẽſui, nec volo mutare ſnĩam. Sed certe tñ, nõ eſt iã mihi mõ adeo compertũ, vt oẽs exiſtimant. Primo, quia rõ illorũ falſum aſſumit: videlicet, fortius eſſe præceptũ ſigilli, q̃ cõfeſſionis. Nam, cum vtrumque ſit diuinũ, & ſignatio ſigilli ſit propter neceſſitatem confeſſionis, magis contra videtur eſſe præceptum cõfeſsionis, quàm ſigilli: quia, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Poſter. 1. Præterea, quia dicere aliquid in confeſsione ſacramentali, non eſt diffamare: aliàs nõ liceret nominare aliã perſonam ad exprimendum circunſtantiam proprij peccati. Ergo, eadẽ ratione, quod illic dicitur, non eſt cenſenda reuelatio confeſſionis. Exempli gratia. Commiſit ſacerdos nefandum inceſtum cum matre, quam vincibiliter ignorabat eſſe matrem, quæ poſtmodum confitetur filio, eam eſſe ad quam acceſsit. Sacerdos non poteſt confiteri totam grauitatẽ ſtupri, niſi exprimat ſe concubuiſſe cũ matre. Ergo videtur, quod poteſt illam circunſtantiam confiteri, nõ obſtante ꝙ illam nouerit per confeſsionem. Nam, ſi nõ audiſſet in confeſsione, teneba-

tur

tur noīare matrē(vt dicit S.Th.4.di.16.q.3. & Durandu, ibid q.4.)qđ nō liceret, ſi per ſona quæ exprimit in confeſsione, aliquo mō infamaret. Ergo, quanquā vna cōfeſsio recitet in alia, illud nec eſt infamatio, nec reuelatio confeſsionis; poſtq̄ dr̄ ſacerdoti tanq̄ Deo, cui nihil eſt ſecretū. Defendēda ergo eſt opinio cōis alia rōne: puta, quia præceptum ſigilli eſt negatiuum de re intrinſece mala, quemadmodum mentiri; & iō nulla prorſus de cā licet illud reuelare; quod certiſsimū eſt. Sed hinc res pendet, an cenſenda ſit reuelatio cōfeſsionis, illa quæ fit in alia cōfeſsione; quod poſſet forte, nec abſq; probabili ratione inficiari.

5 Tertium dubiū eſt, Vtrū ſi ſacerdos nouit in confeſsione pęnitentem eſſe excōicatum, vel quemquam alium ex violenta percuſsione clerici, teneat poſtea illum vitare. Et vr̄ quod ſic (ſaltem priuatim) nam c. Cum non ab homine. de ſent. excom. habetur, quod ſi cui ſoli patet huiuſmodi ſacrilegium, ille priuatim tantum vitabit. *Tertiū dubium.*

3 Scotus reſpondet, quòd ſi confeſſor pōt eū uitare, taliter vt inde nulla fiat ſuſpicio proditionis confeſsionis, debet eū vitare, aliàs non. Adrianus idē dicit in re; puta, qđ debet eum priuatim vitare, non tamen publice. Sed profecto crediderim cū Ricar-

do,quod nec priuatim tenetur eum vitare. Nam,cum priuatio excõicati ſit ſolum de iure poſitiuo, eccleſia non cenſetur loqui in d.c.de notitia quæ habetur per cõfeſſionem.Quare,cũ hoc ipſe annotaſſet Scotus non cogebatur cõcedere, quod tenebatur ſacerdos aliquo mõ vitare talem excõicatũ.Præſertim,quia non licet confeſſori im properare peccata ipſi pænitenti poſt abſolutionem:& tñ ſi illum priuatim vitaret, ꝑ hoc reuocaret peccata in memoria eius.

Dubiũ. 4. Quartum dubium eſt, Vtrũ de licẽtia pꝑniteritis liceat ſacerdoti confeſſionẽ reuelare.Alex.de Hales.4.p.q.78.membro 2. & Scotus,& Duran.in 4.diſt.21.negant poſſe ſacerdotem de licẽtia pœnitentis reuelare cõfeſſionẽ. Ratio Alex.eſt, quia ſacerdos id ſcit ſolum tamquam Deus, ergo nõ ſufficit licẽtia hominis,vt reueletur: quod eſt dicere; De iure diuino prohibita eſt reuelatio,in qua perinde nec Papa diſpenſaré poteſt.ergo nec pœnitẽs a fortiori,poteſt dare facultatem reuelandi. Addit Durandus: Notitia ſacerdotis nullo modo ſufficit vt poſſit,in quantũ homo, dicere citra mendacium,ſe illud ſcire(vt ſupra dictum eſt) Ergo quamuis id proferat de licentia pꝑnitentis,adhuc dicit mendacium.S.Thomas Bonauẽtura, & Petrus de Palude cõtrariũ

au-

autumant: & in re quidẽ nulla eſt controuerſia. Nam & primi doctores concedunt, ꝙ ſi pęnitens extra confeſſionẽ narret iterũ ſacerdoti, cũ facultate reuelandi, ea q̃ confeſſus eſt, põt illa tunc reuelare: ſed negant, ꝙ ſi pænitens extra confeſſionẽ tñ dicat, concedo tibi facultatẽ reuelandi q̃ confeſſus ſum; ſufficiat illa facultas. Quã tñ S. Th. & alij cenſent ſufficere: & profecto ita abſque dubio crediderim. Si. n. quis confeſſus eſt furaturũ centũ aureorũ, nihil penitus refert, dicat ne poſtea ſacerdoti; reueles me furatũ eſſe cẽtũ aureos, an reueles hoc ꝙ mõ confeſſus ſum: nam idem latine pollent rationes huiuſmodi in tali caſu. Item, poteſt quis dum cõfitetur, narrare peccata tantũ ſemel: ſed vtraque ratione, ſcilicet, & vt abſoluãtur, & vt reuelentur, quia dicẽs, vt reuelentur, inſinuat ſe non ſolum dicere in cõfeſsione. Ergo poſtquã eſt abſolutus, põt explicare eãdem intẽtionẽ, videlicet, quod reuelẽtur: quamuis non iterũ narret.

Et ad argumenta in cõtrarium reſpondetur, quod dum pænitens facit facultatẽ reuelandi, facit ſubinde vt ſacerdos nõ ſolum ſciat vt Deus, ſed vt homo: & per cõſequens pęnitens nõ diſpenſat in iure diuino ſed facit quod illud ſciatur extra ſigillum. Nec inde ſequitur aliquod detrimentũ cõ-

fef-

feſſionis,nec ſcādalum:quia præceptum ſigilli poſitū eſt in fauorē pęnitentis:cui ſubinde pōt pro bono ſuo renunciare: quemadmodū maritus,cui vxor obſequiū debet pōt illi concedere,vti votū faciat caſtitatis. At non dēt ſacerdos facile vti hmōi licentia,niſi pp magnum bonū pęnitentis, & in graui eius neceſſitate:& qn̄ conſtat pænitētē libera eā voluntate cōcedere. Vnde,ſi p̄ſumeret metu id ſacrilegi iudicis,aut cuiuſuis alterius facere, non dēt ea ſacerdos vti, ne ſit & ipſe ſacrilegus.Et annotent ſacerdotes,ꝙ q̄uis non egeant licentia pęnitentis,vt in genere cōſulant peritiores de confeſſionibus:tamen reuelare perſonā pęnitētis nō poſſunt ſine eius facultate. Quare, ſi mauult pęnitens in peccato manere, quā ſe reuelari,abeat in nomine Domini. Nec ipſi pęnitēti poſt abſolutionem debet quoquomodo ſacerdos reuocare peccatum in memoriam:nec gratia fraternæ correctionis,nec conſolationis,nec aliquo modo. Neque.n.vlla ratione cōſenſerim Petro de Palude,qđ in occultò liceat ſacerdoti pænitētem admonere:nam quamuis hæc forte nō eſſet reuelatio ſigilli, quæ cauetur in iure: tamen maxima inde verecundia ſuffunderetur pęnitens,atque adeo ſacramentum moleſtū redderetur. Et ideo, quamq̄

ſa-

ſacerdos videat pænitentem ꝓrium agere, quã iniunctũ eſt in pęnitentia, oĩno diſsimulet. Hoc veruntamẽ eſt, qđ vehemẽtius ſacerdotẽ mouere ſolet. Quid ſi ſacerdos abſoluens, intolerabilem commiſit errorem; puta, quiá abſoluit non ſubditum aut excommunicatum a caſu reſeruato, aut omiſit iubere reſtitutionem æris alieni in præiudicium tertij?

Fertur tpe concilij Baſilienſis inter magiſtros, quib. intererat Ioannes Nider, quæſitũ eſſe, an confeſſor qui male abſoluit a caſu reſeruato, poſtmodũ habita facultate ſuperioris, debeat abſentem, & inſcium abſoluere, potius quã adire pęnitentẽ. Illius tñ diſputationis copia nuſquam extat.

Ad hoc reſpondetur primo, quod nullò mõ licet abſoluere abſentem, ſaltem ignorantẽ an abſoluatur; primo, quia confeſsio eſt actus perſonalis, vt patet in forma, Abſoluo te: & iõ debet fieri inter præſentes. Item, quia abſenti non põt ſacerdos impõnere pęnitentiam, neque eum in futurum admonere, quod requiritur in ſacramẽto. Et tertio præſertim, quia forſan tunc ille, qui abſolueretur, eſſet in peccato; & eſt ſacrilegium abſoluere eum, qui non præſumitur eſſe in gratia. Dixerim abſentem, & ignorantem, nam forſan poſſet pænitens

abſenti ſacerdoti mittere confeſſionē ſcriptã,& ſacerdos reſcribere abſolutionē : vt ait Palu.in 4.diſt.17.q 2.De quo aliàs.Secũdo, crediderim,qđ nullo mō licet ſacerdoti erranti in abſolutione , conuenire iterũ pęnitentem de peccatis,memorando aliqđ peccatum in particulari.Primo quia,vt diximus,hoc eſt exprobrare illi peccatũ:vnde profecto odioſa redderet confeſſio . Et ſecundo,quia poſſet tunc pęnitens negare ſe tale fuiſſe confeſſum,& obiurgare cõfeſſorem:vnde facile oriretur ſcandalum. Et tertio,quia id non eſt neceſſarium.Poſtremo ergo colligitur , quod debet tunc ſacerdos adire pœnitentem:& dicere ſe errorem commiſiſſe graue in confeſſione:& iō ſi vult,aut iterato cõfiteri,aut facultatem facere loquendi de cõfeſſione:tũc explicabit in particulari defectũ:p qđ & cõfeſſionē nullatenus detegit,& abũde ſatisfacit ꝓ errore pterito.Nam tunc pęnitens tenetur ad confeſſionē redire, aut cũ illo ſacerdote,aut cũ alio:quod ſi renuit,culpa quę fuerat ſacerdotis , transfunditur in ipſum.

Dubiũ 5. Quintum & poſtremũ dubiũ eſt, Vtrum licitum ſit ſacerdoti,qui alia ēt via , quàm per confeſſionem, crimen nouerit pœnitētis,illud prodere : atq; adeo in forum exterius deferre. Opinio fuit negatiua Altiſiodorenſi.

dorenſi 4.p.q. de ſigillo, & aliorũ antiquitus. Vbi ait, quòd ſi cõfeſſor nouit aliàs crimen pœnitentis, nõ debet illud in cõfeſsione recipere; ſed ſi recipit, tũc ſiue antea nouerit alia via, ſiue poſt, totũ claudit̃ ſub ſigillo. Et probat̃; quia in c. Oĩs vtriuſque ſexus. ſine exceptione prohibet̃ peccatũ in pœnitentiali iudicio detectũ reuelari. At vero oẽs ab illo tp̃e doctores concorditer affirmant ↄ̃rium. 4. diſt. 21. Nam, ut dicit illic S. Tho. dum hæc opinio nimium ſigillo tribuit, præiudicium veritati, & iuſtitiæ facit. Non eſt ergo dubium, quin liceat reuelare peccatũ, ꝙ notũ eſt alia via. Probatur; quia ſacerdos per id qđ audiuit in confeſsione, nullũ amittit aliud ius quod habet; ſed ſi non audiſſet in cõfeſsione, habet ius dicendi id, qđ aliàs nouit. Ergo ſiue illud nouerit ante confeſsionẽ, ſiue poſt, iurè põt reuelare; aliàs clypeus eſſet pernicioſis hoĩbus, dum eccleſiam coram ſacerdotibus furto expoliaſſent, illis confiteri, vt os obſtruerent accuſandi. Et ſecundo. Si hmõi ſacerdos vocaretur in teſtem, non poſſet iratus reſpondere citra mendacium ſe neſcire, ſi eſt aliàs publicum; poſtquã ſcit vt homo. Ergo tenetur candide reſpondere veritatẽ. Sed res lucidior eſt, q̃ vt plurib. egeat teſtimonijs. Imò vero, non ſolum ſit ſacerdos

aliàs

aliàs viſu,aut experientia id nouit, ſed ſi indicia habet legitima,pōt id in iudicium deferre Exēpli gratia. Si dum latro confitetᷓ, marſupiū ſacerdotis abſcindit, quāuis confiteretᷓ tunc de furto, pōt eum accuſare in iudicio; non ſolū quia illa non pręſumitur confeſſio & accuſatio,ſed ſimulatio, vt ſupra diximus,at quia pōt allegare manifeſta indicia,puta,tali hora furtum factum,& neminem alium intraſſe domum. Fateor tñ cauendū eſſe maxime ſcādalū; vt videlicet ſacerdos quæ audiuit in confeſsione, non pandat, niſi in promptu poſsit comprobare cās, uel indicia quib. id aliàs nouit, ne oriatur ſuſpicio reuelationis confeſsionis. Et hæc de abditiſsimo ſigillo cōfeſsionis.

In ſecretis ſecularib ſunt,qui opinantur neminē vnquā conſtringi ea ſeruare cū diſpēdio vitæ;ſed cū non deſcendant ad ſpecies ſecretorum,nimirum,ſi rem non ſatis inſpiciant. Inter hęc ergo primū locū tenet ſecretum,quod ad rem pertinet publicam.

De quo ſtatuitᷓ ſexta concluſio. Qui locum tenent, & offm̄ publicum,tenentᷓ ex genere rei,fidē ſeruare ſecreti, ſi opus fuerit,cū diſpendio vitæ, vt ſunt ſenatores,cōſiliarij,ſcribæ, alijq; id genus. Et primo ſi reuelatio ſecreti vergit in graue malū reipub.tunc nō ſolū perſonæ quæ ſunt in ma

giſtratu

giſtratu,ſed quicunq; priuatus ciuis,tenēt vitā exponere,anteq̃ id deregat. Vnde.l.oē delictū ff.de re mil.exploratores,q ſecreta nunciant hoſtib.proditores ſunt,& capitis pęnas luunt.Sed aliud p̄terea aſſerit cōcluſio,videlicet,qđ illi quib.officio publ.incūbit,tenent ſæpe ſæpius mori pro celādo ſecreto reipub.qn̄ priuati hoīes nō tenerent. Probat;quia media, vt ſæpe diximus, penſanda ſunt ex fine,& ſecreta reipu.ſunt pp ſalutē totius populi:ergo illi quib. tota reſpubl. arcana ſua cōmiſit,& quib.ſtipendia pro hmōi officio pendit, quique peculiari ſacr̄o fidē aſtringunt, multo maiori vinculo tenent ſeruare ſecretū,quā alij de plebe; atq; adeo,ſi res tanti ſit momenti,vt id poſtulet, vitā cū reliquis bonis tenentur in ea cā exponere. Et vocamus cām reip. cās ēt particularium perſonarū, quæ tractant in iudicio publ. Vnde iudex, qui cām audit, in qua de re grauiſſima decertat,vt de vita, aut de maximo honore, vt de ducatu, aut alia magna hæreditate,ſi inuadit ab aliquo litigantium ſub comminatione mortis, vt merita cāæ prodat, debet potius gladio ſuccumbere,quam fidem ſecreti frangere. Et idē crediderim de ſcribis, quorū fidei cāæ graues cōmittuntur.In rebus vero minoris momenti, quāuis non tenentur vitam da-

re,vt fidẽ ſeruent,tenent tñ pro rei cuiuſq; qualitate. Atq; id maxime ĩ ſancto cõcilio & foro, quo res fidei aduerſus hæreticos tractant. Nã & inter gẽtes celebratiſs. ſemper fuit fides ſecretorũ de repub. Vnde A. Gell.ex M.Catone refert li.1.noc.Att. Papyrio illi puero honorẽ maximũ habitũ eſſe,eo ꝙ,dũ in ſenatu cũ patre fuiſſet admiſſus,& mater auidiſſime eũ ꝑcontaret,quid nã patres egiſsẽt, mrẽm excogitato cõmẽto,& medacio deluſit, quo Senatũ arcanũ celaret.Ob idq; nomen illi inditũ eſt,Prætextatus.ĩ.abſcõditus & cõtectus:qđ deinceps pueris Romanis ſucceſſit.Et Pompeius,vt auctor eſt Val.Max.li.3. cũ a Gentio rege captus,Senatus cõſilia ꝓderc iuberet, igni digitũ cremandũ ꝑbuit: qua patientia oſtenderet ſe potius tormentis perditũ iri, quã ſecreta Senatus pãderet. Et Fului. tpe Auguſti,cũ Senatus ſecreta pãderet vxori, pœnã dedit capitis.Hac ratione (vt inquit Valer. li.2.) fidũ tunc erat,& altũ reip. pectus,cura; ſilentijq; ſalubritate munitum.

Septima cõcluſio. Inter priuata id maiore vinculo ligat,qñ quis per iniuriã hoĩs ſecretum,vi,fraudeve extorquet:de quo ſit concluſio. 7. Qui iniuria,hoĩs ſecretũ expreſſit,tenetur illud,ſi res ſit magni momenti, ẽt in mortis diſcrimine,cõtegere: vt Dalida, q̃ muliebri im-

pro-

GRadus ſecretorum. 301
Gradus tres peruerſę ſententię excommunicationis. 261

HAbitus, & proprius actus verſantur circa idem obiectum. 12
Habitus duplex in corpore. 110
Hęreticus non cenſeretur, qui negaret eſſe præceptum particulare correptionis. 75
Hoīs ad ſeipſum nec iuſtitia, nec iniuſtitia eſt. 14
Hominib. malis, & imperitis facilius eſt flammam ore inardentem continere, quam arcanum. 2
Homo habet arbitrium, & poteſtatem ſuper famam vt ſit vere dominus ipſius, non alienę. 41
Homicidium grauius peccatum eſt, quàm denigratio famæ. 27
Honeſtas naturalis eſt pars potentialis iuſtitię. 31
Honor eſt reuerentia, quæ alicui defertur propter aliquam excellentiam. 47

IAcob, quomodo a mendacio excuſetur dicēdo ſe eſſe Eſau. 320
Incontritus, ſi integre confitetur, pōt adueniente contritione abſolui ab eodem confeſſore ſine noua cōfeſſione, niſi longa interceſſerit mora. 336
Infamia vnius vergit in infamiam aliorum. 128
Infamare ſe ipſum ſæpe eſt officium virtutis. 50
Iniuria, vbi nulla eſt, non eſt peccatū mortale. 37
Iniuria illata extra iudicium a priuata perſona, nihil obſtat quominus iudex poſſit inquirere. 268

Inquiſitio ſpecialis, qua intenditur ad pęnam delinquentis, fieri nequit, niſi infamia, & clamoroſa denunciatione præcedente. 190

Inquiſitio generalis iure fieri poteſt abſque prævia infamia, aut auctore aliquo. 207

Inquiſitio etiam ſpecialis fieri poteſt abſque infamia, in quibuſdam caſibus. 209

Inquiſitio de occultis ſecundum ius fieri non poteſt. 305

Interrogatus legitime, & ſecundum iura, debet, quàm ſcit veritatem confiteri. 229

Interrogatus, ad hoc vt teneatur reſpõdere, quid requiratur. 236.239

Interrogatus a nõ ſuo iudice nõ tenet̃ parere. 260

Interrogatus iniuria de ſecreto crimine, quomodo debeat prius, ſi poteſt, ſe defendere. 302

Interrogatus, ſi verba non occurrerint, quibus citra mendacium celari poſſit crimen, mori potius debet, antequam mentiatur. 319

Interpres nonnunquam non eſt perſona neceſſaria confeſſioni. 347

Iudex eſt lex viua. 259

Iudex non poteſt niſi per legem obligare. 259

Iudex, quando iniuria extorquet ſecretum ſubditi, non poteſt forte per illum cognitionem vltra procedere. 267

Iudex improbus, quando aliquid præter ius interrogat, qui reſpondet ad intentionem iuris, non mentitur. 306

Iure

Corripere omnes tenentur quoſcunq; cuiusvis legis,& fortis homines. 110
Corripe infideles Xpiani tenent,et uice verſa. 110
Corripere quilibet tenetur domeſticos potius, quā extraneos. 117
Corripere prelatos ſtrictius obligantur ſubditi, quā alios fratres,aut priuatos homines. 119
Corripere poſsumus cum ſumus in peccato. 123
Crimen imponere ſibi falſo,non eſt mendaciū pernicioſum,ſed ſolum officioſum. 51
Crimen occultum fratris nullo modo ſine extrema neceſſitate licet ante admonitionem.illius amiciſſimo detegere. 142
Crimen,ſi idoneis teſtibus probari non poteſt, prælatus nihil aliud facere poteſt, quàm orare pro ſubdito,& admonere illum. 156
Crimina cognoſcendi viæ tres. 57
Crimina occulta quandoque reuelare quatuor perſonæ tenentur. 229
Criminis cognitio,quando eſt iniuſta,quidquid inde procedat eſt iuſtum. 267
Cupiditas fallendi non eſt ſatis ad integram rationem mendacij. 322
D*Eus bifariam permittit mala.* 94
Dictum illud Matth. 24. De die illo nemo ſcit nec filius hominis,declaratur. 307
Diffamans ſe quomodocunque,non tenetur ad reſtitutionem famæ. 53
Differentia inter opera virtutum,et vitiorum. 19

Difficillimum in vita eſt ea reticere, quæ minime eſſet opus efferri. 2
Dubium, & ſcrupulum differunt. 275
Dubia in re, nemo conſtringitur parere cum graui ſuo detrimento. 278
Dubia in re, ſequenda eſt pars tuta. 279
Dubium practicum, & ſpeculatiuum, quid. 283
Eccleſiæ nihil eſt tam neceſſarium, quam ſigillum confeſſionis. 334
Eleemoſynarum tria genera. 65
Excommunicationis peruerſæ ſententię tres ſunt gradus. 261
Facti euidentia valet pro accuſatore. 243
Falſum, qui iurat per lapidem, non excuſatur a mẽdacio, poſtquam falſum eſt, quod iurat, nec a periurio. 323
Fama eſt clara cum laude notitia. 26
Fama eſt maius bonum, quam bona exteriora temporalia. 27
Fama poteſt pecunijs recompenſari. 42
Famam nihilipendere conſilium eſt. 43
Fides duplex. 9
Fides, quæ verſatur circa debitum legale. 10
Fides, quę verſatur circa debitum morale. 11
Fides obiectum, quid. 12
Fides ſecretorum iure naturali diuino, & humano eſt in præcepto. 19
Fidelis, quantumcunq; minimus, cenſet par cuicũque, quãtũcunq; maximo in materia fidei. 123

Gradus

probitate myſteriũ capillorũ a Sanſone extorſit, tenebat mortẽ prius obire, q̃ id Philiſtæis prodere. Probat. Tenet quicunque mortem prius oppetere, q̃ hoĩ famã auferre (maximè ſi fama ſit valde magna, & ꝓtioſa.) Sed qui ꝑ iniuriã ſecretũ alienũ extorquet, famã ab illo deprædat. Ergo tenet potius mori, ſi res ſit magni momẽti, q̃ ipſum diffamare: eo vel maxime, ſi periculũ inde ĩminet vitæ. Vnde q obſignatas literas alienas mala fide aperiunt: quia illa, vis eſt & iniuria, maiori vĩculo tenent ſecretũ illud ſeruare, q̃ ſi id alia iuſta via cognouiſſent. Fuit .n. ſemper celebratiſſ. religio in literis alienis abſcondendis, & celandis, vt frequentib. hiſtorijs memoriæ proditum eſt.

Secretorũ, q̃ citra iniuriã deprehendunt primũ genus eſt, qñ quis data fide, arcanum alienũ ſuſcipit cuſtodiendũ; de quo ponit. 8. cõcl. Nemo tenet ſecretũ, ꝙ fide recepit, ſeruare cũ diſpẽdio vitæ, aut alia grãdi iactura honoris, aliorũue bonorũ. Hoc non aliter probat q̃ ꝙ hmõi obligatio nõ oritur ex iuſtitia, aut ex publ. officio, quo tenetur ſeruare ſecretũ: ſed ex ſola liberalitate, & bonitate promittẽtis fidẽ: & nemo ꝓſumit promittere id ad ꝙ aliàs nõ tenebat, cum tanta iactura, & diſpendio. Qui .n. pecuniã amici recipit in depoſito, non tenet cũ tã- *Octaua concluſio.*

ta iactura & detrimẽto eã tueri. Sed nihilominus viri probi erit ꝓ rei cõditione, & magnitudine, iacturã in ꝓpris bonis facere, vt arcanũ ita receptũ ꝓtegat. Neq; admitto argm̃, quo in hac parte aliq vtũt, vt quocunq; caſu licet reuelare propriũ ſecretũ, liceat ſubinde reuelare alienũ. Nã hõ dñs eſt propriæ famæ, & nõ eſt dñs alienę, & iõ põt aliqñ propriã famã exponere (quia in hoc nulli facit iniuriã) qñ tñ tenẽt cuſtodire alienã Graphice ſane fabulantͅ Poetę pęnam illius, q ſecretũ ſub fide receptũ nõ ſeruat, in Batto illo paſtore, q pp ſecretũ ꝙ fide receperat, reuelatũ, in lapidẽ verſus eſt alioqui mutũ, ſed quia ea ꝑpetuo laboraret infamia, vt ſecretũ auri, ẽt ſilẽtio, manifeſtaret.

Nona concluſio. Nona concluſ. Qñ quis caſu nouit alienum ſecretum, q̃uis tenetur illud cõtegere ẽt ſub peccato mortali, ſi res eſt tãti momẽti: tamen nõ tenetur grauia pati, vt illud celet. Hoc facile probatͅ: quia ſolũ tenẽt ſeruare ex charitate, ſicut tenemur ſeruare res amicorũ, qñ id poſſumus ſine graui dãno noſtro: tametſi nonnunq̃ conſilium fuerit mortẽ prius oppetere, q̃ huiuſmodi ſecreta reuelare. Et hæc de alieno ſecreto. Secretũ cuiuſq; proprium longũ nobis mõ negotium exhiberet, niſi mem. 1. q. 3. ampliſſime res eſſet tractata. Hoc vnum in hunc

locum

locū reiecimus,an teneatur homo tormenta,atq; adeo mortem perpeti,anteq̄ iniuſte interrogatus,propria crimina prodat.

Vbi decimam aſtruimus cōcluſ. Nemo tenet̄ mortē pati, aut immania tormēta vt propriū crimē abſcōdat.Loquimur de his qui in eculeo p̄ter ius interrogant̄:nā ſi legitime interrogarent̄,ēt citra tormenta, tenerent̄ veritatē fateri. Probat̄ cōcluſio his ſuppoſitis,q̄ loco citato ſatis corrroborauimus,aduerſus do.Caietanū:videlicet,hominē habere dn̄ium ſuæ famæ, ſicut bonorū exteriorū:& q̄uis ſit peccatū famā prodigere,& qn̄q; mortale:tn̄ licitum eſſe cuilibet pro cā iuſta eā exponere. Vnde ſumit̄ argm̄. Poteſt quis pro iuſta cā famā exponere:Sed ꝓdere propriū crimē,ex gn̄e ſuo, nihil aliud eſt,q̄ ſe hominē infamare.Ergo illud licet ad ſeruandā vitā:nā profecto vix pōt dari cā magis iuſta.Et confirmatur: qa vita maius bonū eſt,q̄ fama:imo vita caput eſt omnium bonorū:ob idq; vniuerſa,quæ homo habet,dabit pro anima ſua,Iob.2. Ergo ſi quis poſitus in tormentis euadere aliter non pōt, niſi proprium crimen detegēdo,certe, q̄uis iniuſte interroget̄,pōt ſe ꝓdere:poſtq̄ in hoc nemini facit iniuriam. Quemadmodum,n.vexationē illā,& iniuriā grandi pecunia redimere poſſet: ita ſane

Decima cōcluſio.

ne pōt,& iacturā in fama facere,vt vitā ſer
uet. Et ſcđo arguit ex cōi ſenſu hoīum. Si
quis & plurimū,& vehementer cruciaret,
& dilaniaret,certe nō cēſeret puſillanimis
ſi ſe ꝓderet. Immo vero nō ſolū id licitū eſt
qn̄ cōfitendo crimē,pōt a tormentis libera
ri:ſed qn̄ ꝑ confeſſionē certus eſſet capite
plectendus, poſſet vir fortis eligere ſemel
mortē,ante q̄ vehemētia,& longiſſima tor-
menta pati:eo vel maxime,qn̄ nō ſperatur
tormētorum finis,ut ſæpe ſæpius cōtinge
re ſolet. Sunt.n.qui tormentis tormēta cu-
mulantes,proponunt, aut aīam miſeri, aut
confeſſionem veram, falſamve extrahere.

Et tertio arguitur. Poteſt homo,ut illic
diximus,exponere propriā famā pro fama
amici,ſicut vitam pro uita. ergo pōt a for-
tiori,famam exponere pro uita propria.

Quarto arguitur. Si quis me iniuſte infa-
maret,& ego non poſsē me aliter defende
re niſi exponēdo vitam,non teneor pericu
lo vitæ famā cuſtodire. ergo eadem ratio-
ne poſſum in tormentis crimen prodere,
ut inde me eximā. Quod, ſi qs arguat, qđ
iudex iniuſte me percontatur, iniuſte ego
reſpōdeo. Certe conſequentia nulla eſt: nā
& latro iniuſte me inuadit in itinere, & tn̄
iuſte ego cōcedo illi palliū,ne me occidat.
Addiderim,ꝙ ſi homo in iniuſtis tormētis
fal

Nomina ſingularia æquiuoce ſignificant. 322
Notorium bifariam dicitur. 57
O *Biectum proprium,& malum quod ſequitur ex reuelatione occulti ſceleris eſt infamia proximi.* 26
Obedire magis Deo oportet, quam hominib. 256
Obedientia eſt perfectiſſima virtus. 276
Occidens ſeipſum, non modo facit contra charitatem, ſed contra iuſtitiam. 41
Occultum triplex. 57
Occulto peccatori iniuſte interrogato, an liceat dicere; non feci: & quomodo excuſetur a mendacio. 317
Omiſſio miſericordiæ ſępe eſt mortalis. 73
Operis argumentum. 2
Operis diſtributio. 4
Operis ſtylus ſcholaſticus. ibid.
Opera miſericordiæ peculiariter conducunt ad remiſiondm peccatorum. 123
P *Apa diſpenſare non poteſt, nec tota Eccleſia, vt reueletur ſigillum confeſſionis.* 331
Peccata nocentium nota eſſe, & oportet, & expedit. 17
Peccata vocantur tenebræ, virtutes lumen. 20
Peccatum illud ex genere eſt mortale, quod ratione obiecti eſt contra charitatem. 26
Peccatum ſecretum proximi tenetur quilibet reuelare illi, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe. 33
Peccatum eſt reuelare proprium crimen temere,

&

& ſine cauſa. 37
Peccat mortaliter qui non defendit vitam ſine cuiuſpiam detrimento. 45
Peccatum mortale eſt ſæpe, cum quis proprium crimen reuelat. 49
Peccatum multis modis extenuatur, & impedit efficaciam correptionis. 121
Peccator quicũq; pòt ſine peccato corripere. 122
Peccatum publicum non in ſecreto corripiendum ſed publice arguendum, 132
Peccata pernicioſa Reipublicę, aut proximo ſtatim denuncianda ſunt. 134
Peccatum, quando eſt omnino ſecretũ, teſtes ſunt adhibendi tribus de cauſis. 151
Peccata ſortibus inquirere, cur Deus in veteri lege permittebat. 219
Peccatorem occultum excommunicatum a Greg. in c: Quidam maligni. 5. q. 1. quomodo intelligendum. 219. 221. 222. 223.
Peccatũ mortale eſt ex gñe ſuo tã negare, q̃ celare veritatẽ in iudicio, licet fiat ſine iuramẽto. 231
Peccatum ex genere mortale dupliciter fit veniale. 233
Peccata venialia negare in ſacramento, an ſit peccatum mortale. 134
Peccaret qui ſe abſconderet, ne diceret teſtimoniũ neceſſarium alteri. 245
Peccatum mortale eſt ſecretum alienum prᴂter ius extorquere. 257
Pecca-

Iure naturali diuino, atque humano tenemur ad fidem alieni ſecreti. 19

Iure naturali vnuſquiſque conſtringitur ſimile officium viciſſim alteri præſtare. 21

Iure triplici conſtringimur ad fidem ſecreti ſeruandi. 19

Iure humano prohibentur ſolum clerici iudicare, aut quomodocunque agere cām ſanguinis. 173

Iura fauent reo ſicut poſſeſſori. 280

Ius præcipiendi, quando dubium eſt, nihil refert qua comminatione proferatur præceptum, ſiue excommunicationis, ſiue alterius pœnæ. 284

Iuſtitiæ opera ſunt ſub præcepto. 18

Iuſta eſt damnatio eorum, qui faciunt mala, vt veniant bona. 328

L*Aicus, cui fit confeßio, ſi fidem frangat, nec incurrit pœnas canonis, nec propriè eſt ſacrilegus: tenetur tamen pro nulla cauſa mundi infringere,* 348

Lege naturæ omnes mortales aſtricti ſunt ad eleemoſynas corporales. 111

Legitimus & iuridicus modus eſt, cum quis per iniuriam interrogatur, non reſpondere. 302

Lex naturalis eſt, vt res, & conſilia publica non temere committantur cuicunque de plebe. 22

Lex eſt ſanctiſſima, vt nemo criminali ſententia, antequam ſit confeſſus, puniatur. 230

Lex nulla eſt obligatoria, niſi quatenus deriuatur a lege diuina. 259

Litte-

Litteras alienas qui aperit, præterquam quod grauiter peccat, obnoxius eſt ſecreti ſeruandi. 14

Ediorum neceſſitas, & ratio a fine ſumenda eſt. 21

Medium bonum inter vitam, & bona exteriora temporalia eſt fama proximi. 258

Mendacium iocoſum contra naturam eſt, tamen veniale. 541

Mendacium in iudicio poteſt eſſe veniale propter leuitatem materiæ. 232

Mendaciũ nulla prorſus de cauſa licitum eſt. 293

Mendacium, quo qui iniuſte interrogatur, negat proprium crimen, non eſt pernicioſum, ſed officioſum. 318

Mendacium eſt falſa ſignificatio cum voluntate fallendi. 323

Miſericordiæ ſpirituales præſtant corporalib. 73

Mortem pati, aut immania tormenta nemo tenetur, vt proprium crimen abſcondat. 373

Atura in hoc homines produxit, vt in pace, & tranquillitate conuiuant. 22

Naturale eſt, vt corpus membra propter ſuam ſalutem exponat. 252

Negare grauius eſt quam celare. 231

Negare veritatẽ in iudicio de genere ſuo eſt mortale; ſed in indiuiduo propter paucitatem materiæ poteſt eſſe veniale. 231

Nomen, ſecretum, declaratur. 7

Nomi-

falſo ſibi crimen imponeret:dummodo id faceret ſine iuramento, non eſt mendaciū niſi officioſum,& veniale: nec tenetur aliquo modo ad reſtitutionem famæ, poſtquam nemini facit iniuriam. Palu. 4. d.21. q.2.in fine dicit, quod mendacium huiuſmodi eſt officioſum,in quantum ſe homo liberat a tormentis: ſed pernicioſum, in quantum ſe diffamat, & aſtantes lædit mēdacio. At re vera, nec infamare ſe ad illum finem eſt pernicioſum, nec aſtantes lædit: quia aut putant confeſſionem eſſe veram: aut,ſi intelligant eſſe falſam, non eſt tantū ſcandalum, hominem contra ſe mentiri, vt eo ſe liberet malo.

Ad primum arg.reſpondetur,quod quāquam vita ſit præſtantior, quàm fama:nihilominus reuelatio criminis aliquando cedit in malum religionis, vt dictum eſt in prima conclu. & aliquando in malum publicum, vt dictum eſt in ſexta: & aliquando in graue præiudicium tertii, vt dictum eſt in 7. quibus proinde caſibus moriendū eſt prius, quàm crimen reueletur. Et per hoc reſpondetur ad confirmationem, qđ quamuis iugum Domini ſit ſuaue; nihilominus nos obligauit in dictis caſib. vitam exponere. Ad ſecundum principale reſpōſum eſt in 8.9. & 10.concluſionibus:quib. oſten-

oſtenſum eſt, licitum eſſe aliquando reuelare ſecretum, aut alienum, aut proprium, quando aliter vitam ſeruare nõ poſſumus, at non eſt par vbique ratio. Et eodem modo reſpondetur ad confirmationem, & ad tertium principale. Nec valet illud argumentum, vt ſupra diximus, vt quocunq; caſu liceat mihi reuelare ſecretũ meũ, cuius ſum dominus, liceat ſubinde reuelare alienum, cuius non habeo poteſtatem.

Ecce, quæ de ratione tegendi, & detegẽdi ſecretum, ſub cẽſura ſacro ſanctę Rom. Eccleſiæ, de exiguitate, & penuria noſtra præſtare potuimus; quæ in hoc opuſculo tribus membris diſtributa ſunt, perque quatuordecim quęſt. diſputata; atque adeo octoginta duabus concluſionibus abſoluta, ad laudem & gloriam indiuiduæ Trinitatis, quæ nos vtinam fęliciter in ſecreta illa diuinorum myſteria aliquando recipiat, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt.

FINIS.

BIBLIOTECA ... ROMA ...

VENETIIS, Apud Ioannem Baptiſtam à Porta. 1590.